







A. L. Pearson.









S Y N O P S I S
NOSOLOGIÆ METHODICÆ,

EXHIBENS

CLARISS. VIRO RUM

SAUVAGESII, LINNÆI, VOGELII, ET SAGARI,
SYSTEMATA NOSOLOGICA.

EDIDIT

SUUMQUE PROPRIUM SYSTEMA NOSOLOGICUM

ADJECIT

GULIELMUS CULLEN,

MED. D. ET IN ACAD. EDINB. MED. PRACT. PROF.
MEDICUS REGIUS APUD SCOTOS PRIMARIUS,
ET COLL. REG. MED. EDINB. SOCIUS;
NEC NON SOCIETATUM REG. LOND. PHILOS. EDINB.
PHILOS. PHILADELPH. MED. REG. PARIS.
MED. HAUNIENS. ET MED. EDINB.
SODALIS.

EDITIO TERTIA,

EMENDATA ET PLURIMUM AUCTA,

DUOBUS TOMIS.

T O M. I.


E D I N B U R G I:

Prostant venales, apud GULIELMUM CREECH;
et LONDINI, apud THOMAM CADELL,
et JOANNEM MURRAY, Bibliopolas.

M, DCC, LXXX.

2 AAC Hand's Jan

S. A. 203



L E C T O R I
S.

PRODIT jam tertia vice multum, ni nos fallunt amici, expetita Synopsis haec nosologiae methodicae. Quam, ut expectationi eruditorum pro virili satisfacerem, plurimum auctam, ubique emendatam, et usibus, ut spero, medicorum accommodatiorem, exhibui.

UT omnia fere, ad rem nosologicam spectantia jam edita, sub uno conspectu hic ponerem, ex systemate symptomatico Clar. MICH. SAGARI, Anno 1776 Viennae edito, quae ad genera morborum definienda pertinent excerpta, hic primum addidi.

QUÆ porro in re nosologica ipse conatus sum, emendatiora, et adeo ampliora, dedi, ut opus fere prorsus novum videatur. Generum characteres omnes, pleniores atque accuratiores reddidi; et Species eo, quo mihi recte dari viderentur, numero, sub appellationibus tum characteristicis,

risticis, tum *trivialibus*, ut vocant, quas ipse maxime idoneas putaverim, nunc recensui: Additis tamen adhuc speciebus fere omnibus a SAUVAGESIO recensitis.

QUÆ denique ulterius hic dicenda essent, in Prolegomenis, initio tomi hujus operis alterius praefixis, inveniri possunt; atque illuc Lectorem ablegamus.]

P A R S P R I M A .

G E N E R A
M O R B O R U M

D E F I N I T A

Ab Eruditissimo

FRANCISCO BOISSIER DE SAUVAGES.

Ex NOSOLOGIA METHODICA, 2 tom. 4to.

Amstel. 1768.

SERIES

CLASSIUM ET ORDINUM.

CLASSIS I. VITIA.

ORDO I. MACULÆ.

O. II. EFFLORESCENTIÆ.

O. III. PHYMATA.

O. IV. EXCRESCENTIÆ.

O. V. CYSTIDES.

O. VI. ECTOPIÆ.

O. VII. PLAGÆ.

CL. II. FEBRES.

O. I. CONTINUÆ.

O. II. REMITTENTES.

O. III. INTERMITTENTES.

CL. III. PHLEGMASIAE.

O. I. EXANTHEMATICÆ.

O. II. MEMBRANACEÆ.

O. III. PARENCHYMATOSÆ.

CL. IV. SPASMI.

O. I. TONICI PARTIALES.

O. II. TONICI GENERALES.

O. III. CLONICI PARTIALES.

O. IV. CLONICI GENERALES.

CL. V. ANHELATIONES.

O. I. SPASMODICÆ.

O. II. OPPRESSIVÆ.

CL. VI. DEBILITATES.

O. I. DYSÆSTHESIÆ.

O. II. ANEPITHYMIÆ.

O. III. DYSCINESIÆ.

O. IV. LEIPOPSYCHIÆ.

O. V. COMATA.

CL. VII. D O L O R E S.

- O. I. V A G I.
- O. II. D O L O R E S C A P I T I S.
- O. III. D O L O R E S P E C T O R I S.
- O. IV. D O L O R E S A B D O M I N A -
L E S I N T E R N I.
- O. V. D O L O R E S E X T E R N I E T
A R T U U M.

CL. VIII. V E S A N I Æ.

- O. I. H A L L U C I N A T I O N E S.
- O. II. M O R O S I T A T E S.
- O. III. D E L I R I A.
- O. IV. V E S A N I Æ A N O M A L Æ.

CL. IX. F L U X U S.

- O. I. S A N G U I F L U X U S.
- O. II. A L V I F L U X U S.
 - 1. *Sanguinolenti.*
 - 2. *Non Sanguinolenti.*
- O. III. S E R I F L U X U S.
- O. IV. A E R I F L U X U S.

CL. X. CACHEXIÆ.

- O. I. MACIES.
- O. II. INTUMESCENTIÆ.
- O. III. HYDROPE PARTIALES.
- O. IV. TUBERA.
- O. V. IMPETIGINES.
- O. VI. ICTERITIÆ.
- O. VII. CACHEXIÆ ANOMALÆ.

GENERA MORBORUM

MAY - 7 1920

CLASSIS I. VITIA.

CHARACTER. Symptomata cutanea levi-
densia, vel mechanicis chirurgiae auxiliis
curanda.

ORDO I. MACULÆ.

Coloris nativi mutationes.

GENUS I. LEUCOMA. 1

Macula opacans corneam.

G. II. VITILIGO. 2

Macula corymbosa, seu ex minoribus macu-
lis composita, cum depressione cutis.

G. III. EPHELIS. 3

Maculae acquiritae, umbrinae, glabrae, co-
rymbosae, faciem vel tibias, rarius partes
tectas, afficientes.

8 GENERA MORBORUM

4 G. IV. GUTTA ROSEA.

Maculae faciei rubrae, guttatae, parum prominentes, aut asperae, et diu permanentes.

5 G. V. NÆVUS.

Macula congenita, quae vulgo tribuitur vehementi cupiditati, qua mater initio graviditatis exagitata fuit, quandoque cum partis eminentia.

6 G. VI. ECCHYMONA.

Macula nigricans, vel atro-rubra, aut livescens, successu temporis flavescens, non congenita, nec aspera, sed plana, aut parum prominens, et subfolitaria.

O. II. EFFLORESCENTIÆ.

Tumores humores exigui gregales, vel cutis elevatio per pustulas, papulas, phlyctænas, varos, similesve asperitates.

a. Pustula. Phyma parvulum apice ruptum.

b. Papula. Phyma parvulum desquamari solitum.

c. Phlyctaena. Vesicula fluido seroso plena.

d. Varus. Tuberculum durum constans.

G. VII. HERPES. 7

Efflorescentia ex tumoribus exiguis, rubris, aggregatis, pruriginosis, in squamas surfuraceas, raro crustaceas, abeuntibus.

G. VIII. EPINYCTIS. 8

Phlyctaenae atro-rubrae, aggregatae, trium vel quatuor linearum in diametro, tibias ut plurimum afficientes, et noctu potissimum acriter pungentes.

G. IX. PSYDRACIA. 9

Phymata erysipelatoza.

G. X. HIDROA. 10

Exanthemata miliaria phlyctaenoidea.

O. III. PHYMATA.

Tumores humorales, notabiles, solitarii.

G. XI. ERYTHEMA. 11

Tumor sine febre, superficialis, solitarius, diffusus, rubro roseus, pressione evanescens.

10 G E N E R A M O R B O R U M

12 G. XII. O E D E M A.

Tumor diffusus, frigidus, pallidus, laxus, doloris expers.

13 G. XIII. E M P H Y S E M A.

Tumor diffusus, elasticus, pressione crepitans, cuti concolor.

14 G. XIV. S C I R R H U S.

Phyma durum, indolens, cuti concolor.

15 G. XV. P H L E G M O N E.

Tumor spheroideus, rubore, calore, tensione, dolore pulsatili insignis, sponte in suppurationem vergens.

16 G. XVI. B U B O.

Tumor partim scirrhusus, partim inflammatorius, glandulae unius aut alterius inguinalis.

17 G. XVII. P A R O T I S.

Tumor scirrhuso-phlegmonodeus glandulae parotidis dictae in suppuratum lentissime vergens.

18 G. XVIII. F U R U N C U L U S.

Tumor inflammatorius, cutaneus, prominens, durus, et atro-ruber, cujus centrum, cum

suppuratus est, occupant fibrae crassae, quae in pus non colliquefcunt.

G. XIX. A N T H R A X. 19
Phyma apice gangraenosum, ambitu inflammatum.

G. XX. C A N C E R. 20
Tumor durus, tuberosus, lancinans, pertinacissimus.

G. XXI. P A R O N Y C H I A. 21
Phlegmone extremi digiti cum dolore perterebrante.

G. XXII. P H I M O S I S. 22
Phlegmone praeputii, cum hujus adducendi vel reducendi difficultate.

O. IV. E X C R E S C E N T I Æ.

Tumores a solidis adactis, indolentes, lente crescentes, in suppurationem sponte non abeuntes.

G. XXIII. S A R C O M A. 23
Excrefcentia carnis consistentiam circiter obtinens.

12 GENERA MORBORUM

24 G. XXIV. CONDYLOMA.

Excrefcentia firma carnibus durior, offibus mollior.

25 G. XXV. VERRUCA.

Excrefcentia cutanea prominens, condylomate minor, fenfu deſtituta, indolens.

26 G. XXVI. PTERYGIUM.

Excrefcentia carnea, vel membranaceo-vaſculofa ad oculi canthum exorta, alam expanſam referens, et verſus corneam ſe extendens.

27 G. XXVII. HORDEOLUM.

Tumor durus vix fenſu gaudens, cuti concolor, raro rubens, in palpebrarum limbo enaſcens, ſphaericus, piſo ut plurimum minor.

28 G. XXVIII. BRONCHOCELE.

Excrefcentia vel tumor ſcirrhoſus anticae partis colli.

29 G. XXIX. EXOSTOSIS.

Tumor offis vel totalis vel partialis.

30 G. XXX. GIBBOSITAS.

Offium peſtoris indecora prominentia a tu-

more, luxatione, distortione, aut alio principio oriundâ.

G. XXXI. LORDOSIS.

31

Ossium distortio, unde hinc protuberant, inde vero excavantur artus, ac incurvantur ossa, vel a situ deflectunt.

O. V. CYSTIDES.

Protuberantiae factae a fluidis intra membranas proprias vel alienas maxime dilatatas contentis, vel receptacula quaevis distendentibus.

G. XXXII. ANEURISMA.

32

Cystis arteriosa.

G. XXXIII. VARIX.

33

Cystis venosa.

G. XXXIV. HYDATIS.

34

Cystis lymphæductuum.

G. XXXV. MARRISCA.

35

Tumores in ani margine enati, rubri, saepe dolentes, et cruorem saepe fundentes, sponte dein recedere soliti.

14 GENERA MORBORUM

36 G. XXXVI. STAPHYLOMA.

Cystis aquosa a corneae proptosi, et dilatatione, vel ab uveae hernia trans foramen corneae elapsa.

37 G. XXXVII. LUPIA.

Cystis vel folliculus meteniem pultaceam non purulentam continens.

38 G. XXXVIII. HYDARTHROS.

Cystis articuli aquosa.

39 G. XXXIX. APOSTEMA.

Cystis purulenta.

40 G. XL. EXOMPHALUS.

Cystis umbilicalis saepius aquosa.

41 G. XLI. OSCHEOCELE.

Cystis in scroto.

O. VI. ECTOPIÆ.

Ptofes, Celes, Pararthremata, *Græc.*

Prolapsus, Herniae, Aberrationes, Luxationes, *Lat.*

Partium solidarum e sua sede dimotio sensibus obvia.

G. XLII. EXOPHTHALMIA. 42

Magnitudo nimia, Prolapsus, Expressio oculi, *7^{at}.*

Hygrophthalmia, Elephantiasis oculi, *Boerh. de Morb.*

Ocul. pars II. cap. 5.

Exophthalmia, Hydrophthalmia, Buphthalmus seu Buphthalmia, Ophthalmoptosis, Eclipismus *Graecorum.*

Mauchart, diff. de Hydrophthalmia, et oculi Paracentesi inter *Haller.* disput. Chir. T. I.

Grosſeur contre Nature, Hydropisie, Cancer, Chute de l'oeil. *Maitre-Jan*, part. II. chap. 6.; *Saint Yves*, Part. II. chap. 1.

Bulbi oculi procidentia, aucta, vel non mutata sensibilibiter nativa ipsius magnitudine.

G. XLIII. BLEPHAROPTOSIS *Mauchartii.* 43

Blepharoptosis, Lagophthalmus, Ectropium, Entropium, *Gr.*

Palpebrae superioris casus, Retractio, Palpebrarum introversio, extroversio, *Lat.*

Chute, relaxation de la paupiere superieure, eraillement des paupieres, trichiaise avec introversion des tarses.

Vide *Platner.* Instit. Chirurg. § 577. § 584.; *Maitre-Jan*, part. III. chap. 18. 19. 20. 21.; *Saint Yves*, part.

I. chap. 8. 9. 10.; *Dionis*, Dem. 6.; *Boerh.* de Morb.

ocul. part. I. cap. 5.; *Heister.* Chir. T. I. part. II.

§ 2. cap. 45. 46. 48.; *Gorter.* Chir. repurg. lib. 5. cap. 10.

Palpebrae utriusque vel alterutrius elongatae, retractae, introversae, vel extroversae ectopia.

44 G. XLIV. HYPOSTAPHYLE.

Staphyle, Kion, Imantium, Craspedon, Columella bicornis, *Arctaei*, Acut. lib. I. cap. 8. de affectibus columellae.

Uvulae prolapsus, *Nenter*. tab. 25. cap. 8.

Uvula nimium producta, *Heister*, Chir. T. 2. p. 659.

Uvulae inflammatio, catarrhus, paralyfis, casus, *Gorter*, Praxis Med. Syst. pag. 165.

Relachement de la luvette, *Dionis*, Dem. V.

Gurgulionis seu uvulae laxatae, inflammatae, ulceratae, incrassatae, attenuatae, bicornis, procidentia.

45 G. XLV. PARAGLOSSE.

Linguae extumescencia, magnitudo, inflatio, *Galen*. Method. med. libr. XIV. *Valesci de Taranta* Philon. lib. 2. cap. 59.; *Marc. Donat*. Med. Histor. mirab. lib. 3. cap. 4.

Linguae retractio exertio, *Gorteri*.

Glossocoele *Gaubii Pathol.* § 242.; Linguae extrusio, Idem, § 254.

Renversement de la langue dans le gosier, *Petit*. Mem. de l'Acad. des Sc. 1742.

Linguae motu deglutitorio in fauces revo-

lutaë vel ore extrusae, exundantis, exercitae ectopia.

G. XLVI. PROPTOMA. 46

Partis externaë, etiam ante lapsum conspicuæ, et a palpebris, bulbo oculi, lingua, ac gurgulione diversae procidentia.

G. XLVII. EXANIA. 47

Proctocele *Pathol. Meth.* edit. 3.

Morbus poenalis Gerhamensium, lib. Regum I. cap. 5.

Prolapsus ani *Auclorum*, ut *Plateri*, Prax. lib. II. cap. 2. *Nenteri*, tab. 126. &c.

Chute du fondement *Dionis*, Dem. IV. pag. 392.; *Arnaud* des Hernies, tom. I. chap. 28.; *Levrêt* obs. sur les polypes, sect. 3. pag. 165.

Sphincteris ani, et intestini recti inversi, procidentia.

G. XLVIII. EXOCYSTE. 48

Prolapsus, inversio vesicae urinariae *Auclorum*; *Salzmanni* diff. de Hern. vesicae inter *Halleri* Disp. Sel. tom. III.; *Solingen* de mulierum et infant. morb. chir. pag. 741.

Renversement de la vessie urinaire. *Noel*. obs; Recherches sur la Hernie de la vessie par *Verdier*; Mem. de l'Acad. R. de Chir. tom. 2.

Membranae tum vesicae corpus, tum ipsius

18 GENERA MORBORUM

collum, interne obvestientis procidentia
per meatum urinarium facta.

49 G. XLIX. HYSTEROPTOSIS.

Hysteroceles nudae *Pathol. Method.* Edit. 3.

Relaxatio, prolapsus, procidentia, inversio uteri vel
vaginae *Auctorum*, ut *Heisteri* *Inst. chir.* tom. II.;
Gunzii de Herniis, &c.

Relachement, chute, descente, renversement de la ma-
trice ou du vagin. *Arnaud*, tom. I. chap. 24. &c.;
Puzos sur les maladies de la matrice; *Sabatier*, *Mem.*
de l'Acad. R. de Chir. tom. 3.

Uteri vel vaginae procidentia.

50 G. L. ENTEROCELE.

Hernia intestini.

51 G. LI. EPIPLOCELE.

Hernia Omenti.

52 G. LII. GASTROCELE. *Ign. la Chauffe.*

Hernia ventriculi, *Fabr. Hildani* resp. ad *Doring.* pag.
915.; *Blegney* *Zod. med. Gall.* ann. I. Febr. Obs. 2.
pag. 44.; *Gunzii* libell. de hern. cap. 20. *Ign. La*
Chausse *Diff. de hernia ventrali*, et *Kirschbaum* *Diff. de*
hern. ventriculi in disp. Chir. Haller. tom. 3. *Diff.*
68. 69.

Hernie de l'estomac, *La Faye* sur *Dionis*, pag. 121.;
Arnaud *Tr. des hernies*, preface, p. 81.; *Sharp* *Rech.*

Crit. chap. I.; *Garengcot*, Mem. de l'Acad. R. de Chir. T. I. p. 703.

Ventriculi trans laxatos, diductos, regionis epigastricae parietes, imo et per umbilici annulum elapsi ectopia herniosa.

G. LIII. HEPATOCELE, *Gunzii* Li- 53
bell. de hern. p. 4.

Hernia hepatis, E. N. C. Dec. I. Ann. II. et Dec. II. Ann. VII.; *Bohnii* Chir. rational. pag. 230.

Hernie du foye, *Arnaud* des hern. tom. I.

Hepatis trans laxatos, diductos in umbilici vicinia abdominis parietes, vel per ipsum umbilicum ectopia herniosa.

G. LIV. SPLENOCELE, *Gunzii* Li- 54
bell. de hern. p. 4.

Hernia lienis, *Fabr. Hildani*, epist. LV. pag. 999.; *Spi- gelii* de corp. hum. fabric. lib. 8. cap. 14.; *Ruyfchii* Advers. Anat. Dec. II. pag. 23.

Hernie de la Rate, *Arnaud* des hern. tom. I. pag. 29.

Lienis trans laxatos, diductos abdominis in latere sinistro parietes, vel per inguinalem ejusdem lateris annulum elapsi ectopia herniosa.

55 G. LV. HYSTEROCELE.

Hernia uteri *Sennert.* Lib. 4. Med. Praët. part. II. sect. II. cap. 17.; *Doringii* Epist. ad. G. Fabr. Hildanum de hernia uterina, p. 893.; *Graaf.* de mulier. organ. cap. 8.; *Ruyfch.* Adv. Dec. II. pag. 23.

Hernie de la Matrice, *Arnaud* des hernies. T. I. pag. 29.; *Sabatier* Mem. de l'Acad. R. de Chir. T. III.

Uteri trans annulos inguinales, aut laxatos, diductos inferne abdominis medietatis parietes elapsi ectopia herniosa.

56 G. LVI. CYSTOCELE, *Platner.* Inst. Chir. Ign. *La Chauffe* de hern. ventrali.

Hernia cystica *quorundam.*

Hernia vesicae urinariae *Salzmanni* Diff. inter *Halleri* Disp. Chir. T. III. Diff. 72.; *Gunzii* Libell. de Hern. &c.

Hernie de la vessie urinaire *Mery.* Mem. de l'Acad. R. des Sc. 1713.; *Garengeot* Oper. de Chir.; *Levret* Obs. sur les polypes; *Sharp* Rech. Crit.; *Verdier* Mem. de l'Acad. R. de Chir. T. II.

Vesicae urinariae trans annulos inguinales, sub arcubus cruralibus, et per laxatos, diductos perinaei, hypogastrii, necnon vaginae parietes elapsae ectopia herniosa.

G. LVII. ENCEPHALOCELE, *Corvini* 57

Diff. de hern. Cerebri inter *Halleri* Disp.

Chir. T. 2. Diff. XLVI.

Hernia cerebri, *Reiseli* Eph. N. C. Dec. II. Ann. II.

Obf. 115.; *Lecheli* ibid. Obf. 158.; *Treu* Comm. Litt. 1738, Hebd. 52. n. 3.; *Taconi* Diff. de humano monstro Bononiae nato; *Corvini*, ibidem.

Hernie du Cerveau, *Le Dran* Obf. de Chir. Obf. I.

Cerebri, cerebelli, aut utriusque, verbo Encephali, per osium cranii non penitus ossificatorum hiatus prorumpentis, ectopia herniosa.

G. LVIII. HYSTEROLOXIA. 58

Obliquitas uteri *Roedereri*, Elem. art. obstetric. § 449. —507.; *Levret* Observ. sur les accouch.

Inclinatio, reclinatio, obliquitas uteri *Deventer*, cap. 46. 47. 48.; *Ruyschii*, Observ. XCVIII.

Inclinaison, obliquité de la matrice, *Sabatier*, Mem. de l'Acad. de Chir. tom. III. &c.

Uteri, saepius gravidi, et contra quam in hysterocoele fit, abdominis claustris contenti situs in obliquum errans.

G. LIX. PARORCHIDIUM. 59

Testiculorum serior descensus, vel retractio, *Felic. Plateri* Mantiff. Observ.; *Ambr. Paraei* Lib. vii.; *Thom.*

22 GENERA MORBORUM

Bartholini Hist. Anat.; *Morgagn.* Advers. IV.; *Dionis* Oper. de Chir. Dem. IV.; *Quelmatzii* inter *Halleri* Disput. Anatom. T. V. Dissert. I.; *Verdier* sur la Hernie de la Vessie, Mem. de l'Acad. R. de Chir. tom. II.

Testiculi unius, vel utriusque, cujus post nativitatem sedes naturalior scrotum est, situs in alienum aberrans.

60 G. LX. EXARTHREMA, *Graec.*

Exarthrosis, Parathrema *eorund.*

Luxatio, subluxatio, distortio, *Heister.* Inst. Chir. T. I.; *Boerb.* Aph. comment. T. I.; *Gorter.* Chir. repurgat. cap. VI. *Platner.* Instit. Chir. § 1090—1213.

Luxation, entorse, *Petit* Malad. des os, T. II.; *Coll de Villars* Chir. T. V.; *de la Faye* Princ. de Chir.; *Duverney* Malad. des Os, tom. II.

Separatio contigui in ossium articulis diarthrosice, non vero immobiliter combinatis.

61 G. LXI. DIASTASIS, *Graecorum.*

Ossium recessus, *Latin.*; *Petit* T. II. chap. 8. et 13.; *La Faye* Princ. de Chir. pag. 474. *Duverney* T. II. ch. 1. et 5.

Ossium, cartilaginum, immobiliter combinatorum, separatio, seu recessus ab invicem partialis vel totalis.

G. LXII. LOXARTHROS.

Perversio capitis ossium ac musculorum appensorum,
Duverney, T. II. cap. II.

Artis vari *Duverney*, T. II. cap. II.

Gibbositas scapularis *Auctorum*.

Ossium cum motu sensibili articulorum situs relativus in alienum constanter mutatus, aut obliquitas respectiva persistens citra exarthrema et spasmus.

O. VII. PLAGÆ.

Solutiones continui.

G. LXIII. VULNUS. 63

Solutio mechanica continui in carnibus cum labiorum hiatu, initio cruenta, dein ad inflammationem suppurationemque tendens.

G. LXIV. PUNCTURA. 64

Continui solutio intus tantum extensa.

G. LXV. EXCORIATIO. 65

Cuticulæ vel cutis a carnibus subjectis separatio.

24 GENERA MORBORUM

66 G. LXVI. CONTUSIO.

Textus carnosus, potissimum infra cutem, ruptio per minima puncta et vasorum contritio, ecchymoma saepius inferens.

67 G. LXVII. FRACTURA.

Separatio violenta et mechanica ossis in fragmenta invicem non cohaerentia.

68 G. LXVIII. FISSURA.

Separatio ossis in duas partes rima tantum diffitas, et alterutro saltem extremo cohaerentes.

69 G. LXIX. RUPTURA.

Tendinum vel ligamentorum aut cartilagini solutio, vel vehemens distractio, cum vel sine exarthremate.

70 G. LXX. AMPUTATURA. *Ill. Linn.* G. 241.

Solutio continui in partibus tum mollibus, tum ossibus, cum artus, articuli, vel partis totali separatione a residuo trunco.

71 G. LXXI. ULCUS.

Partium mollium erosio purulenta, cute profundior, cum pure ichoroso vel utcumque vitioso.

G. LXXII. EXULCERATIO. 72

Excoriatio ulcerosa suppurans.

G. LXXIII. SINUS. 73

Cavitas ulcerosa, cujus fundus amplius, saepe multiplex definit in angustum orificium.

G. LXXIV. FISTULA. 74

Cavitas ulcerosa, sinuosa, cujus parietes callosi sunt ut plurimum, aut fundus ad os cariosum, arthrocace corruptum, pertingit.

G. LXXV. RHAGAS. 75

Solutio continui sicca in partium marginibus.

G. LXXVI. ESCHARA. 76

Crusta sicca, mortua, fluidis solidisque corporis humani coagmentata.

G. LXXVII. CARIES 77

Offis suo periosteo denudati decoloratio, asperitas, exfoliatio et subsequens fragilitas ac erosio.

G. LXXVIII. ARTHROCACE. 78

Ulcus medullae ossium, saepius in epiphyfis, cum carie, exostosi, et dolore.

CL. II. FEBRES.

Pulsus magnitudo et frequentia cum frigore in insultu, fervore in decursu, madore in declinatione, et semper virium prostratione majori quam a virium vitalium gradu foret expectandum.

ORDO I. CONTINUÆ.

Impetus febrilis a frigore saepius exordiens sine exacerbatione partiali, et sine accessu, non pluries quam semel vel bis in mense revertens, ad usque finem aegritudinis perseverat.

79 G. I. EPHEMERA.

Decursus aegritudinis intra dimidiam septimanam absolvitur. Vigor morbi subito accedit.

80 G. II. SYNOCHA.

Decursus intra septimanam, incrementum successivum.

G. III. SYNOCHUS *Galen.* 81

Decursus ad duas tresve septimanas, cum pul-
sus robore sanum, in morbi statu saltem,
notabiliter superante.

G. IV. TYPHUS *Hippocratis* 1. et 2. de 82
intern. affect. Foessii 553.

Decursus ultra duas septimanas, saepius tres,
cum calore et urina sanorum similibus,
pulsuque quoad frequentiam sano fere si-
mili, et quoad robur non majori, artubus
interea maxime prostratis.

G. V. HECTICA *Galen* et *ejus Sequa-* 83
cium; *Sydenhami*, p. 524.

Decursus ultra mensem, debilitas parva, py-
rexia exigua, cum pulsu post pastum fre-
quentiori.

O. II. REMITTENTES.

Pyrexia pluries in decursu morbi crescit et
decrescit, non omnino recedit, typus sae-
pe confusus.

28 GENERA MORBORUM

84 G. VI. AMPHIMERINA.

Remissio quotidianae typum fervat. Exacerbationes cum horrore.

85 G. VII. TRITÆOPHYA.

Remissionis typus tertianarius, frigus fere nullum.

86 G. VIII. TETARTOPHYA.

Remissio quartanae typum fervans.

O. III. INTERMITTENTES.

Pyrexia plures in decursu aegritudinis deserit et recurrit, cum intervallis lucidis.

87 G. IX. QUOTIDIANA.

Accessus similes quolibet die accidunt.

88 G. X. TERTIANA.

Accessus similes alternis diebus revertuntur.

89 G. XI. QUARTANA.

Accessus similes duobus interpositis diebus redeunt.

90 G. XII. ERRATICA.

Accessus similes distantes ab invicem pluribus quam quatuor diebus, aut typi omnino incerti.

CL. III. PHLEGMASIÆ *Galen.*

Pyrexia continua vel remittens cum interna inflammatione, vel cum exanthematis.

O. I. EXANTHEMATICÆ.

Eruptiones cutaneae cum pyrexia saepius maligna, quandoque lenta.

G. I. PESTIS. 91

Eruptio bubonum, anthracum, pyrexia typhodes.

G. II. VARIOLA, *Haly Abbatis, Fouberti, et antiquorum.* 92

Eruptio pustularum phlegmonodearum in suppurationem tendentium.

G. III. PEMPHIGUS. 93

Eruptio phlyctænarum avellanae circiter magnitudine fero dilute flavo turgidarum.

G. IV. RUBEOLA, sic primitus nominata a traductoribus *Haly Abbatis Practicae, lib. 3. cap. I. de Variolae et Rubeolae Medela.* 94

30 GENERA MORBORUM

Eruptio papularum in squamulas furfuraceas
abeuntium. Praecedunt tussis sicca, ster-
nutatio, lachrymatio, et febris catarrhalis.

95 G. V. MILIARIS.

Eruptio phlyctænarum milii femini non ma-
jorum.

96 G. VI. PURPURA.

Eruptio maculosa purpurea, livida, vel atra,
indolens, cum typho vel remittente febre.

97 G. VII. ERYSIPELAS.

Eruptio erythematis cum synocha febre.

98 G. VIII. SCARLATINA.

Eruptio maculosa, rubra, pruriens, papulosa,
lata, parum uniformis, in squamulas fur-
furaceas abiens, sed sine praeludio catar-
rhali, et saepe ad secundam tertiamve vicem
se prodens ac recondens vicissim.

99 G. IX. ESSERA.

Eruptio ut plurimum apyreta, suberysipe-
latosa, subito accedens per vices et rece-
dens.

G. X. A P H T H A. 100

Eruptio pustulosa, phlyctænodes, et ulcerosa,
in ore aut pudendis.

O. II. MEMBRANACEÆ.

Pyrexia magna typo synochæ vel synochi
cum dolore visceris cujusdam.

G. XI. P H R E N I T I S. 101

Dolor capitis, delirium audax, vis artuum,
pulsusque major, pyrexia acuta.

G. XII. P A R A P H R E N E S I S. 102

Symptomata phrenitidis et peripneumoni-
æ.

G. XIII. P L E U R I T I S. 103

Dolor lateris, respiratio et pulsus frequens,
tussis.

G. XIV. G A S T R I T I S. 104

Dolor epigastrii, nausea, vomituri-
tio, febris typhodes, vel remittens maligna.

G. XV. E N T E R I T I S. 105

Dolor circa umbilicum vehemens, cum me-

32 GENERA MORBORUM

teorismo, pyrexia acuta, ileo, vel dysenteria.

106 G. XVI. EPIPLOITIS.

Dolor circa hypogastrium, et umbilicum juxta epiploi extensionem.

107 G. XVII. METRITIS.

Dolor et tumor in regione et extensione uteri ac lumbis et inguinibus cum febre.

108 G. XVIII. CYSTITIS.

Dolor, tumor, tensio hypogastrii, cum dysuria vel ischuria.

O. III. PARENCHYMATOSÆ.

Dolor obtusus, calor et tumor in visceribus sanctis, non sacciformibus, cum pyrexia acuta, suppurationis apparatu.

109 G. XIX. CEPHALITIS.

Febris acuta cum delirio somnolento, et cephalogia.

110 G. XX. CYNANCHE.

Dolor gutturis cum dyspnoea strangulante, dysphagia, et pyrexia acuta.

G. XXI. CARDITIS. 111

Dolor sub sternō, pulsus inaequalis, frequens, palpitatio, et cardialgia, cordis anxietas.

G. XXII. PERIPNEUMONIA. 112

Pyrexia acuta, dyspnoea gravis, gravativus pectoris dolor, tussis cruenta, pulsus molli.

G. XXIII. HEPATITIS, *Galenī* I. Epid. 113
Comm. 3.

Dolor, tensio, calor in regione hepatis, cum pondere, tussis sicca, respiratione difficili.

G. XXIV. SPLENITIS. 114

Dolor, tumor in regione lienis, tactum vix tolerans, cum febre ut plurimum remittente.

G. XXV. NEPHRITIS. 115

Dolor acutus in regione renum juxta ureteres in vesicam directus, cum febre acuta, dysuria, ischuriaque, &c.

CL. IV. SPASMI.

Contractio invita, constans vel interpolata, musculorum organis locomotivus, non vitalibus inservientium.

O. I. TONICI PARTIALES.

Rigiditas et immobilitas artus vel organi determinati.

116 G. I. STRABISMUS.

Oculi spasmus axium opticorum divergentiam inferens.

117 G. II. TRISMUS.

Maxillae inferioris spasmus tonicus, vel clonicus.

118 G. III. OBSTIPITAS.

Colli spasmus tonicus, capitis nativam mobilitatem et directionem mutans.

119 G. IV. CONTRACTURA.

Artus cujusdam, ut brachii, vel cruris, constans, diuturna, rigiditas sensim exorta.

G. V. CRAMPUS. 120

Subitanea, fugax, dolorifica musculi rigiditas.

G. VI. PRIAPISMUS. 121

Penis injucunda rigiditas.

O. II. TONICI GENERALES.

Rigiditas totius fere corporis.

G. VII. TETANUS. 122

Spasmus generalis subito ortus cum dyspnoea.

G. VIII. CATOCHUS. 123

Spasmus generalis sensim factus sine dyspnoea.

O. III. CLONICI PARTIALES.

Agitatio invita et coacta cujusdam organi, vel artus, cujus motivum non percipitur.

G. IX. NYSTAGMUS. 124

Spasmus clonicus oculi, palpebraeve.

G. X. CARPHOLOGIA. 125

Motus velut convulsivus manuum, quo ae-

36 GENERA MORBORUM

gri floccos e vestibus evellere, paleas colligere, muscas venari, &c. videntur.

126 G. XI. PANDICULATIO.

Distensio semivoluntaria plurium vel omnium successive membrorum, ut plurimum cum oscitatione.

127 G. XII. APOMYTOSIS.

Succussio cutis et capitis tremula, violenta, cum expiratione sonora, quasi stertorosa.

128 G. XIII. CONVULSIO.

Agitatio invita artus vel musculi brevis et superstita in paroxysmis animae functionum exercitio.

129 G. XIV. TREMOR.

Artus alterna per itus et reditus frequentes motitatio cum movendi facultate concurrens.

130 G. XV. PALPITATIO.

Pulsatio in regione cordis pulsui arteriarum numero, minime vero intensitate, respondens.

G. XVI. CLAUDICATIO. 131

Inter gradiendum cruris motus, quo centrum gravitatis trunci sensibilibiter, dextrorsum vel sinistrorsum transfertur.

O. IV. CLONICI GENERALES.

Spasmi clonici vel totius corporis, vel ad plures partes extensi.

G. XVII. RIGOR. 132

Totius cutis succussio frigorigera.

G. XVIII. ECLAMPSIA. 133

Artuum vel musculorum plurimorum spasmus clonicus acutus, cum sensuum obscuratione.

G. XIX. EPILEPSIA. 134

Spasmus clonicus, periodicus, chronicus artuum, cum sensuum obscuratione.

G. XX. HYSTERIA. 135

Artuum, organorumque etiam internorum spasmus clonicus, tonicusve, paroxysmis fugacibus leviter variantibus, cum mortis formidine intensissima.

38 GENERA MORBORUM

136 G. XXI. SCELOTYRBE.

Motus semivoluntarius vel unius lateris, vel totius corporis, inter gradiendum, gesticationem, aut ridiculam histrionis festinationem referens.

137 G. XXII. BERIBERIA.

Motus gradientium genua retrahens cum tremore, formicationis sensu, vocis raucedine, Indis familiaris.

CL. V. ANHELATIONES.

Agitatio invita, defatigans, musculorum pectoris, unde respiratio difficilis, frequens, sine febre acuta.

O. I. SPASMODICÆ.

Insultus fugaces, sed sæpius iterati spasmodicorum motuum pectoris cum expiratione sonora.

G. I. EPHIALTES.

Anhelatio difficilis, querula, cum insomnio terrifico. 138

G. II. STERNUTATIO.

Concussio violenta pectoris, cum expiratione veloci narium interiora everrente et sonora. 139

G. III. OSCEDO.

Diutina lenta profunda inspiratio, ore hiantē, sæpius cum pandiculatione. 140

G. IV. SINGULTUS.

Concussio diaphragmatis cum inspiratione subito interrupta, sonora. 141

4^o GENERA MORBORUM

142 G. V. T U S S I S.

Concussio sonora, violenta pectoris cum expiratione ad pulmónem a quodam obice liberandum.

O. II. O P P R E S S I V Æ.

Non fugaces, sed constantes respirandi difficultates, cum pectoris non raro oppressione, frequenti anhelitu, difficultate illius suspendendi, sine metu suffocationis.

143 G. VI. S T E R T O R.

Respiratio inter inspirandum, sonum gravem, tremulum, in gutture edens, saepe cum alterno sibilo.

144 G. VII. D Y S P N O E A.

Difficultas respirandi chronica, non intermittens, sine signis hydrothoracis vel empyematis.

145 G. VIII. A S T H M A.

Difficultas respirandi periodice recurrens, chronica.

146 G. IX. O R T H O P N O E A.

Praeceptum ut plurimum et acuta respirandi difficultas.

G. X. ANGINA. 147

Difficultas respirandi, cum sensu obicis in gutture, et saepe deglutitione difficili, sine phlegmasia.

G. XI. PLEURODYNE. 148

Pectoris, laterisve dolor pungitivus cum respirandi difficultate citra phlegmasiam acutam.

G. XII. RHEUMA. 149

Difficultas respirandi cum sensu gravitatis in pectore, quam comitantur vel praecedunt coryza, sternutatio, rauco, &c.

G. XIII. HYDROTHORAX. 150

Difficultas respirandi decubitu horizontali aucta, cum faciei pallore, manuum et pedum oedemate, symptomatis ephialticis, alterutrius brachii stupore et aegritudine chronica non remittente.

G. XIV. EMPYEMA. 151

Symptomata hydrothoracis, praegressa pulmonis inflammatione suppurata et comitante febre hectica.

CL. VI. DEBILITATES.

Impotentia clare et distincte sentiendi, appetendi, consueta vi artus organave movendi, necnon imaginandi, vigilandi, &c.

O. I. DYSÆSTHESIÆ.

Impotentia clare ac distincte sentiendi sine sopore.

152 G. I. CATARACTA.

Visus debilitas ob maculam opacam pone pupillam.

153 G. II. CALIGO.

Visus debilitas obicibus opacis citra pupillam positis.

154 G. III. AMBLYOPIA.

Visus debilitas respective ad situm, gradum lucis, distantiam objecti, oculis pellucidis.

155 G. IV. AMAUROSIS.

Visus debilitas absoluta sine ulla organorum opacitate inassueta.

G. V. ANOSMIA. 156

Odoratus debilitas aut olfaciendi impotentia.

G. VI. AGHEUSTIA. 157

Gustus debilitas aut gustandi impotentia.

G. VII. DYSECÆA. 158

Auditus debilitas obicibus extra labyrinthum
positis.

G. VIII. PARACUSIS. 159

Voces articulatas distincte audiendi difficul-
tas vel impotentia.

G. IX. COPHOSIS. 160

Sonos etiam simplices percipiendi vel audi-
endi difficultas vel impotentia, obice intra
vel ultra labyrinthum posito.

G. X. ANÆSTHESIA. 161

Tactus in toto corpore debilitas vel obscuritas
sine stupore et sopore.

O. II. ANEPITHYMIÆ.

Appetituum sensitivorum debilitas notabilis,
vel suppressio insolita sine sopore.

44 GENERA MORBORUM

162 G. XI. ANOREXIA.

Appetitus esculentorum suppressio seu famis
feriatio.

163 G. XII. ADIPSIA.

Appetitus potulentorum suppressio seu sitis
feriatio.

164 G. XIII. ANAPHRODISIA.

Appetitus venereorum, seu libidinis suppres-
sio.

O. III. DYSCINESIÆ.

Impotentia motus ac sæpe sensus in organis
libertati subditis, ut lingua, larynge, artu-
bus.

165 G. XIV. MUTITAS.

Voces articulatas edendi impotentia.

166 G. XV. APHONIA.

Plenaria vocis suppressio, citra stuporem et
syncopem.

167 G. XVI. PSELLISMUS.

Quasdam syllabas literasve pronunciandi im-
potentia.

G. XVII. PARAPHONIA. 168

Vocem solitam edendi impotentia.

G. XVIII. PARALYSIS. 169

Motus aut tactus, vel utriusque in uno tantum artu debilitas.

G. XIX. HEMIPLEGIA. 170

Debilitas motus aut tactus vel utriusque in alterutro corporis latere.

G. XX. PARAPLEXIA. 171

Debilitas sensus et motus in dimidio corporis transversim sumpti.

O. IV. LEIPOPSYCHIÆ.

Motuum, viriumque vitalium debilitas.

G. XXI. ASTHENIA. 172

Totius corporis gradaria seu successiva debilitas, sensibus integris.

G. XXII. LEIPOTHYMIA. 173

Virium muscularium totius corporis subitanea imminutio, pulsu superstitite.

46 GENERA MORBORUM

174 G. XXIII. SYNCOPE.

Motuum vitalium subitanea debilitas cum frigore, pallore, sensuumque obscuratione.

175 G. XXIV. ASPHYXIA.

Omnium motuum et sensuum apparens cessatio mortem fere referens.

O. V. COMATA.

Sensus omnis, appetitus, motus liberi, phantasiae, memoriaeque feriatio.

176 G. XXV. CATALEPSIS.

Status soporosus cum artuum flexilitate et ad quosvis novos situs retinendos aptitudine.

177 G. XXVI. ECSTASIS.

Status soporosus a gravi pathemate subito ortus, aegrum in eodem situ quo prehensus est retinens, sine aptitudine cataleptica.

178 G. XXVII. TYPHOMANIA.

Apparens sopor cum pervigilio reali, vel sopor levis e quo aegri facile excitantur cum delirio comitante.

G. XXVIII. LETHARGUS. 179

Status soporofus facile excitabilis cum summo imaginationis et memoriae torpore ac febre.

G. XXIX. CATAPHORA. 180

Status somnolentus facile excitabilis sine febre, delirio, et oblivione.

G. XXX. CARUS. 181

Sopor profundus sine stertore.

G. XXXI. APOPLEXIA. 182

Sopor profundissimus cum stertore vel sonora respiratione.

CL. VII. DOLORES.

Cujusvis experientia cognoscendi, nulla definitione distincte explicabiles sunt.

O. I. V A G I.

Dolores et molestiae vagae saepius universales aut cutaneae ad phlegmasias non referendae.

183 G. I. A R T H R I T I S.

Articulorum dolor spontaneus periodicus.

184 G. II. O S T O C O P U S, *Gorraei* definit.

Offium dolor non erraticus et internus in artubus.

185 G. III. R H E U M A T I S M U S.

Dolor diuturnus in parte carnosa artuum.

186 G. IV. C A T A R R H U S.

Collo vicinarum partium dolor a frigore suscepto, cum tussi, coryza, &c.

G. V. ANXIETAS. 187

Molestia quae ad continuam loci mutationem cogit.

G. VI. LASSITUDO. 188

Molestia cum debilitate quae ad quietem invit.

G. VII. STUPOR. 189

Molestia quae sensum tactus obscurat.

G. VIII. PRURITUS. 190

Molestia quae ad scalpendum nos cogit.

G. IX. ALGOR. 191

Molestia qualis a summo aëris frigore excitatur.

G. X. ARDOR. 192

Molestia qualis a summo aëris calore produ-
citur.

O. II. DOLORES CAPITIS.

Scilicet vel capillitii vel faciei.

G. XI. CEPHALALGIA. 193

Gravativus capitis dolor.

50 GENERA MORBORUM

194 G. XII. CEPHALÆA.

Periodicus, diuturnus tensivus capitis dolor.

195 G. XIII. HEMICRANIA.

Dolor alterutrius lateris frontis.

196 G. XIV. OPHTHALMIA.

Dolor oculi cum rubore, lucis intolerantia
et lachrymatione.

197 G. XV. OTALGIA.

Dolor aurium.

198 G. XVI. ODONTALGIA.

Dolor maxillarum dentiumve.

O. III. DOLORES PECTORIS.

Dolores cordis et oesophagi, anhelationis expertes.

199 G. XVII. DYSPHAGIA.

Molestia deglutionem impediens sine notabili respirationis læsione.

200 G. XVIII. PYROSIS.

Sensus ardoris in ventriculo et oesophago sine febre acuta.

G. XIX. CARDIOGMUS. 201

Gravis pertinaxque molestia in praecordiis,
cum sensu ponderis et magnae molis pul-
santis a minimo motu increfscens.

O. IV. DOLORES Abdominales
Interni.

G. XX. CARDIALGIA. 202

Molestia in stomacho syncopem minitans.

G. XXI. GASTRODYNIA. 203

Quicumque dolor notabilis et constans in re-
gione stomachi, qui continua animi defec-
tione non stipatur ut cardialgia, nec pyrexia
ut gastritis.

G. XXII. COLICA. 204

Dolor intestinorum.

G. XXIII. HEPATALGIA. 205

Molesta sensatio, gravativa, tensiva, aut alia
quaevis in regione hepatis, sine pyrexia a-
cuta.

52 GENERA MORBORUM

206 G. XXIV. SPLENALGIA.

Dolor aut molestia in regione lienis sine pyrexia acuta.

207 G. XXV. NEPHRALGIA *Zwingeri*.

Dolor lumbi alterutrius ureteris ductum sequens, cum nausea, testis retractione in viris, cruris stupore in foeminis, &c.

208 G. XXVI. DYSTOCIA.

Dolor uterinus in gravidis cum conatibus parturitionis.

209 G. XXVII. HYSTERALGIA *Montalti*.

Dolor uteri sine nisu parturitionis.

O. V. DOLORES Externi et Artuum.

210 G. XXVIII. MASTODYNIA.

Dolor mammarum.

211 G. XXIX. RACHIALGIA *Astrucii*.

Dolor abdominis et spinæ dorsi in brachiorum paralylin aut convulsiones desinens.

212 G. XXX. LUMBAGO.

Dolor lumborum corporis erectionem impediens.

G. XXXI. ISCHIAS. 213

Pelvis et coxendicis dolor claudicationem fac-
pius inducens.

G. XXXII. PROCTALGIA. 214

Dolor podicis citra tenesmum.

G. XXXIII. PUDENDAGRA. 215

Dolor genitalium citra dysuriam.

CL. VIII. VESANIÆ.

Error in imaginatione, appetitu, vel iudicio.

O. I. HALLUCINATIONES.

Errores imaginationis salvo intellectu ab organorum externorum vitio.

216 G. I. VERTIGO.

Objecta licet quiescentia e loco moveri vel in gyrum versari nobis videntur. Ipse aeger sibi quandoque nutare videtur.

217 G. II. SUFFUSIO.

Objectorum, quae non sunt, imaginaria visio.

218 G. III. DIPLOPIA.

Objectum duplicatum vel multiplicatum apparet.

219 G. IV. SYRIGMOS.

Auditio imaginaria soni, cuius nullum est extra aures principium.

220 G. V. HYPOCHONDRIASIS.

Morbus diuturnus quo affectus se in mortis

periculo versari ex ructu, palpitatione, aliisque levidensibus malis, imaginatur.

G. VI. SOMNAMBULISMUS. 221

Somniantes e lecto surgunt, vigilantium munia exsequuntur, et se saepe diversis periculis exponunt.

O. II. MOROSITATES.

Cupiditates aut averfationes depravatae.

G. VII. PICA. 222

Alimentorum consuetorum averfatio, cum inassuetorum, sanisque insalubrium, appetitu.

G. VIII. BULIMIA. 223

Appetitus esculentorum copiae majoris quam quae digeri possit.

G. IX. POLYDIPSIA. 224

Appetitus majoris solito copiae potulentorum.

G. X. ANTIPATHIA. 225

Quorundam objectorum tanta averfatio ut ex

56 GENERA MORBORUM

eorum visu, vel olfactu aeger gravia symptomata patiatur.

226 G. XI. NOSTALGIA.

Parentum patriaeve tanta cupiditas, ut hac non expleta aeger gravi morbo decumbat.

227 G. XII. PANOPHOBIA.

Summus pavor inter dormiendum sine causa evidenti.

228 G. XIII. SATYRIASIS.

Effraenis, impudensque veneris cupiditas cum libidinosa penis tentigine.

229 G. XIV. NYMPHOMANIA.

In foeminis effraene veneris desiderium.

230 G. XV. TARANTISMUS.

Effraenis choreas agendi, vel saltandi cupiditas.

231 G. XVI. HYDROPHOBIA.

Effraenis potulentorum averfatio, saepius a morfu animalis rabidi.

O. III. DELIRIA.

Errores mentis judicantis.

G. XVII. PARAPHROSYNE. 232

Delirium fugax, a veneno, aut altero morbo dependens.

G. XVIII. AMENTIA. 233

Delirium universale mite, sine furore et audacia, cum morbo diuturno.

G. XIX. MELANCHOLIA. 234

Delirium particulare mite, cum moerore, ac morbo diuturno.

G. XX. MANIA. 235

Delirium universale cum furore, vel audacia et morbo diuturno.

G. XXI. DÆMONOMANIA. 236

Delirium melancholicum, quod vulgo diaboli potentiae tribuitur.

O. IV. VESANIÆ ANOMALÆ.

Morbi prioribus affines.

G. XXII. AMNESIA. 237

Omnis memoriae feriatio.

G. XXIII. AGRYPNIA. 238

Pervigilium continuum immodicumve.

CL. IX. FLUXUS.

Ejectio fluidorum aut contentorum, quae quantitate, qualitate, defuetudine notabilis est.

O. I. SANGUIFLUXUS.

Sanguinis vel sanguinolentae materiae ejectio sine alvi fluxu.

239 G. I. HÆMORRHAGIA.

Fluxus sanguinis e naribus.

240 G. II. HÆMOPTYSIS.

Sanguinis expectoratio cum tussi sine pyrexia acuta.

241 G. III. STOMACACE.

Fluxus sanguinis e gingivis saepius foetidis, putridisve.

242 G. IV. HÆMATEMESIS.

Sanguinis rejectio ex oesophago cum vomitorio conatu.

G. V. HÆMATURIA. 243

Sanguinis fluidive rubri per vias urinarias emissio.

G. VI. MENORRHAGIA. 244

Sanguinis per uterum aut vaginam fluxus vitiosus.

G. VII. ABORTUS. 245

Fœtus immaturi, sæpius cum menorrhagia ex utero exclusio.

O. II. ALVIFLUXUS.

Materierum in primis viis contentarum vitiosa per os aut anum resectio.

I. *Alvifluxus sanguinolenti.*

G. VIII. HEPATIRRHŒA. 246

Alvifluxus per inferiora seroso-cruentus nec ater nec torminosus.

G. IX. HÆMORRHOIS. 247

Fluxus cruentus, ex podice, vel recto mariscis ruptis obdito.

60 GENERA MORBORUM

248 G. X. DYSENTERIA.

Frequens torminosa, saepe tenesimodes, foecum cruentarum per inferiora dejectio.

249 G. XI. MELÆNA.

Fluidi atrii per superiora, vel inferiora frequens rejectio.

II. *Atvisfluxus non sanguinolenti.*

250 G. XII. NAUSEA.

Inanis vomendi conatus, et flatus tantum per os emissio; affinis est aeri fluxibus.

251 G. XIII. VOMITUS.

Palpabilium materierum, non cruentarum, facta per os, oesophagumque rejectio frequens.

252 G. XIV. ILEUS.

Atrox circa epigastrium dolor, seu gastrodynia, alvi constipatio, et foeculentae demum materiae vomitio.

253 G. XV. CHOLERA.

Vomitio biliosa aut acris assidua et diarrhoea violenta cum dolore abdominis, virium prostratione et non raro furarum crampis.

G. XVI. DIARRHOEA. 254

Excrementitiorum humorum frequens, vel
intempestivo dejectio.

G. XVII. COELIACA. 255

Albescentium, aut chilacearum materierum
dejectio.

G. XVIII. LIENTERIA. 256

Celeris statim a pastu facta ingestorum, vix
mutatorum dejectio.

G. XIX. TENESMUS. 257

Muci pauci frequens dejectio cum intensa de-
jiciendi cupiditate, et assiduo conatu.

O. III. SERIFLUXUS.

Fluxus quivis nec cruentus nec alvinus.

G. XX. EPIDROSIS *Hippocratis*. 258

Sudoris quantitate, qualitate, intempestivi-
tate peccantis effluxus.

G. XXI. EPIPHORA. 259

Vitiosus ex oculis humoris lachrymalis, seba-
cei, vel purulenti effluxus.

62 GENERA MORBORUM

260 G. XXII. CORYZA, *Hippocr. Gorraei.*
Def. Med.

Humoris serosi, mucosive e naribus effluxus
sine ozæna, sæpius cum gravedine.

261 G. XXIII. PTYALISMUS.

Salivæ vel muci sine expectoratione ac vomitione ex ore effluxus, aut emissio.

262 G. XXIV. ANACATHARSIS, *Hippocr. Galen.* in Aph. 8. lib. 5.

Muci, lymphæ, vel cujuscunque humoris facta cum tussi expectoratio constans et notabilis.

263 G. XXV. DIABETES.

Subito post pastum potulentorum cum magna siti per urinae vias, emissio.

264 G. XXVI. ENURESIS.

Involuntaria, doloris et ardoris expers, mictio.

265 G. XXVII. DYSURIA.

Difficilis et dolorifica, sæpius ardens, urinae immissio.

266 G. XXVIII. PYURIA.

Purulentæ, albescentis, aut viscido-mucosæ materie mictio.

G. XXIX. LEUCORRHOEA, *Castell.* 267
Lex. *Bonet.* Anat. Pr. Lib. 3.

Serofo-flavae, vel puriformis materiae ex utero delapsus.

G. XXX. GONORRHOEA. 268

Stillicidium fluidi feminalis ex urethra, aut ex vagina.

G. XXXI. DYSPERMATISMUS, *D. Cuffon.* 269

Seminis in actu venereo stillatitia, tarda, impedita, et ad generationem insufficiens emissio.

G. XXXII. GALACTIRRHOEA. 270

Stillicidium lactis ex mammis.

G. XXXIII. OTORRHOEA, *Linn. gen.* 271

Fluxus ex auris cavo, ambitu, aut parte postica.

O. IV. AERIFLUXUS.

Flatus, halitusve vitiosa emissio.

272 G. XXXIV. FLATULENTIA.

Flatuum ex primis viis per superiora aut inferiora frequens rejectio borborygmis stipata.

273 G. XXXV. ÆDOPSOPHIA.

Flatuum per urethram, vaginam, vel uterum emissio.

274 G. XXXVI. DYSODIA.

Miasmatum foetidorum exhalatio.

CL. X. CACHEXIÆ.

Coloris, figurae, molis in corporis habitu depravatio.

O. I. MACIES.

Corporis partium mollium extenuatio.

G. I. TABES. 275

Macies cum amphimerina lenta sine tussi.

G. II. PHTHISIS, *Graec.* 276

Corporis emaciatio cum amphimerina lenta, tussi, dyspnoea, et ut plurimum puris sputo.

G. III. ATROPHIA. 277

Macies sine febre.

G. IV. ARIDURA, *Etmulleri.* 278

Macies unius tantum partis.

O. II. INTUMESCENTIÆ.

Deformitas a volumine adaucto.

56 G E N E R A M O R B O R U M

279 G. V. P O L Y S A R C I A.

Intumescencia universalis ab adipe molesta et corporis agilitatem minuens.

280 G. VI. P N E U M A T O S I S.

Elastica et flatulenta cutis intumescencia.

281 G. VII. A N A S A R C A.

Cutis totius intumescencia, mollis, pallida, non elastica.

282 G. VIII. P H L E G M A T I A.

Artuum inferiorum turgescencia mollis, non elastica, cuti concolor, indolens.

283 G. IX. P H Y S C O N I A.

Intumescencia abdominis a partibus solidis sine gravitate et fluctuatione.

284 G. X. G R A V I D I T A S.

Intumescencia abdominis ab hypogastrio incipiens, opus generationis subsequens et partu terminanda.

O. III. H Y D R O P E S P A R T I A L E S.

Tumores majores sed non universales, a flui-

do intra cavum capitis, abdominis, uteri,
vel vesicae contento.

G. XI. HYDROCEPHALUS. 285

Tumor capitis, facie saepius excepta, mollis
aut elasticus, a fluidi intra ipsum conge-
stione.

G. XII. PHYSOCEPHALUS. 286

Tumor totius capitis tensus elasticus sub di-
gito crepitans.

G. XIII. HYDRORACHITIS, *Morgagni*. 287

Tumor cysticus fero turgidus ex hiatu verte-
brarum lumbarium in recens natis protu-
berans cum anaesthesia.

G. XIV. ASCITES. 288

Hydrops totius abdominis a fluido non cla-
stico, seu gravis et fluctuosus.

G. XV. HYDROMETRA. 289

Hypogastrii in mulieribus successive crescens
tumor, uteri figuram referens, pressioni ce-
dens, fluctuansve, ab ischuria et graviditate
diversus.

68 GENERA MORBORUM

290 G. XVI. PHYSOMETRA.

Constans, permanensque tumor levis, elasticus, uteri figuram, et sedem referens in mulierum hypogastrio.

291 G. XVII. TYMPANITES.

Hydrops totius abdominis a flatu, seu elasticus et levis.

292 G. XVIII. METEORISMUS.

Inflatio flatulenta, vel epigastrii, vel in morbo acuto ipsius abdominis.

293 G. XIX. ISCHURIA.

Tumor hypogastrii ex urinae retentione saepius intra vesicam.

Species sunt.

I. Ischuriae renales.

Ischuria (*Nephritica*) a renum inflammatione, S. sp. 1. *Schacht.* Institut. med. pract. lib. VIII. cap. I. et VIII. *Gort.* Syst. prax. med. de ischur. *Fabric.* *Hildan.* de lithot. cap. IV. *Leal a Fonte*, Conf. 59. *Bonet.* Sepulchr. lib. III. sect. XXIV. obs. IV. § 3. *Schenck.* lib. III. de ischur. fals. cap. IV. et V. *Etmuller* Coll. pract. pag. 994.

Ischuria (*Nephrolithica*) a renum calculo, S. sp.

2. *Schacht.* lib. citat. cap. II. et VIII. *Gort.* lib. citat. de morb. renum. *Car. Pison.* de morb. a colluv. ferof. *Schenck.* de ischur. *Bonet.* Sepulchr. de urin. suppress. et Medic. septentrional. de ischur.

Ischuria (*Nephroplethorica*) renalis a plethora, S. sp. 3. *River.* Cent. I. obs. 1. et 89. *Etmull.* *Schacht.* loco citat. *Gaub.* Pathol. de vit. miſt. *Ludwig.* Instit. med. clin. *Seb. Naſſi* Specul. method. med. pag. 167.

Ischuria (*Lunatica*) renalis lunatica, S. sp. 4. *Tulp.* Obs. med. lib. II. cap. 49.

Ischuria (*Nephrospastica*) renalis spasmodica, S. sp. 5. *Schacht.* *Gort.* lib. citat. *Sydenh.* Differ. epist. tom. 1. *Raulin* des malad. vapor. Mem. de l'Acad. R. des sc. ann. 1715.

Ischuria (*Nephrelmintica*) renalis verminosa, S. sp. 6. *Gort.* lib. citat. *Gaub.* Pathol. de vit. miſt.

Ischuria (*Nephrothromboides*) renalis a sanguine congrumato, S. sp. 7. *Mercat.* de morb. intern. cur. cap. 12. *Etmull.* de laes. urin. secret. pag. 314. *Fernel.* Pathol. lib. VI. cap. 13. *Gort.* *Gaub.* loc. citat.

Ischuria (*Nephropyica*) a renum purulentia, S. sp. 8. *Schenck.* lib. III. de ren. tumorib. *Gort.* *Gaub.* loc. citat. *Bonet.* Sepulchr. de urin. suppress. *Sal. Divers.* de affect. particularib. cap. 14.

70 GENERA MORBORUM

Ischuria (*Nephrophlegmatica*) renalis pituitosa
feu mucosa, S. sp. 9. *Sal. Diversf.* loc. citat.
Grafii Ephem. natur. cur. ann. III. obs. 212.
Schacht. Gort. Gaub. Mercat. loc. citat. *Va-*
rand. de ren. affect. *Bonet.* Sepulchr. de is-
chur. obs. IV. V.

Ischuria (*Nephroplegica*) renalis paralytodea, S.
sp. 10. *Sal. Diversf. Mercat.* loc. citat. *Horst-*
tom. II. lib. IV. obs. 49. *Marcel. Donat.* His-
tor. med. mirab. lib. IV. cap. 28. *Barthol.*
Cent. IV. epist. 18. 38. 39. *Hoechstet.* Obs.
Dec. V. cas. 20. *Claud. Chaptal.* pract. Monf-
pel.

Ischuria (*Suppleta*) renalis ab alia evacuatione
suppleta, S. sp. 11.

a. A diarrhoea et sudore, *Marcell. Donat.*
Hist. med. mirab. lib. IV. cap. 27. *Schenck.*
lib. III. de diabete, obs. 9.

b. Ab otorrhagia, *Sennert.* ex plat. pract. lib.
III. part. VIII. Sect. II. cap. 9.

c. A perspiratione, *Vandermond.* Journ. de med.
tom. IV.

d. A sudore, *Vandermond.* Journ. de med.
tom. X.

2. Ischuriae uretericae.

Ischuria (*Ureteritica*) ureteritica inflammatoria,
S. sp. 12. *Sal. Diversf.* loc. citat. *Ludwig.*

Instit. clin. *Gaub.* Pathol. de vit. miſt. *Schacht.*
 Instit. pract de ischur. spur.

Ischuria (*Ureterolithica*). Ischuria ureterica calculosa, S. sp. 13. *Tulp.* Obs. med. lib. II. cap. 45. *Monro* Essais d'Edinb. tom. VI. art. 68. *Bonet.* Sepulchr. lib. III. de urin. suppress. *Schenck.* lib. III. de ureterib. *Sal. Diversf.* loc. citat.

Ischuria (*Uretero-thromboides*) Ischuria ureterica, a sanguinis grumo, S. sp. 14. *Sal. Diversf.* *Schacht.* *Gaub.* loc. cit. *Bonet.* Sepulchr. de urin. suppress. obs. I.

Ischuria (*Uretero-phlegmatica*) ureterica a pituita, S. sp. 15. *Gort.* Prax. med. syst. *Schacht.* *Sal. Diversf.* loc. citat. *Bonet.* Sepulchr. de urin. suppress. *Sebast. Nas.* Spec. meth. med. loc. citat. *Epiphan. Ferdinand.* hist. 97.

Ischuria (*Ureteropyica*) ureterica purulenta, S. sp. 16. *Gort.* lib. cit. de ureter. morb. *Schacht.* *Sal.* loc. cit.

Ischuria (*Ureterostomatica*) ab orificii ureterum inferioris clausura, *Theod. Eller.* Miscell. Berolin. Tom. IV. pag. 381. *Verdier* ex noel. Mem. de l'Acad. de chirurg. tom. II. obs. 17. *Lieutaud.* Mem. de l'Acad. R. des sc. ann. 1753. *Franc. Sylv. Deleboe* Prax. med. lib. II. *Saltzman.* Obs. anat. pag. 62.

3. Ischuriae vesicales.

Ischuria (*Cystitica*) a vesicae inflammatione, S. sp. 18. *Schacht*. Instit. practic. Mem. de l'Acad. R. des sc. ann. 1704. 1753. *Boneti* Sepulchr. lib. III. de urin. suppress. *Foresti*. lib. XXV. observ. 27. 28. *Zacuti Lusitani* ex *Galeno*, Hist. med. princ. lib. II. Hist. 150.

Ischuria (*Cystolithica*) a vesicae calculo, S. sp. 19. *Tulpium* Observ. med. lib. IV. cap. 37. Essais d'Edinburg, tom. IV. *Foresti* lib. XXV. obs. 23. *Fabric. Hildani*, Cent. III. observ. 67. *Car. Pisonis* de morb. a colluv. ferof. *Boneti* Sepulchret. de urin. suppress. observ. X. &c.

Ischuria (*Cystospastica*) a sphincteris vesicae spasmō, S. sp. 20. *Mercati* de morb. intern. cur. lib. IV. cap. 22. *Sebas. Nasii* Specul. method. med. part. II. pag. 267. *Nenteri* de ischur. *Schachtii*, *Gorterii*, *Gaubii*, *Varendaei*, loc. citat.

Ischuria (*Cystoplegica*) a vesicae paralyfi, S. sp. 21. *Lieutaud*. Compend. medic. de ischur. *Zacut. Lusitan.* ex *Galeno* Hist. princ. hist. 140. *Mangeti* Biblioth. medic. pract. tom. IV. *Serrane* Thes. pro Reg. Cathedr. *Hollerii* de morb. intern. cap. 47. *Amat. Lusitan.* Cent. IV. cur. 10. *Pringle* Essais d'Edinburg, tom. artic. 32.

Ischuria (*Polyurica*) a vesica lotio diutius cohibito distenta, S. sp. 22. *Halleri* Praelect. in *Boerhaave*, tom. II. § 384. pag. 336. *Foresti* lib. XXV. observ. 14. *Nenter*. de ischuria. *Paraei* lib. XVI. cap. 48. *Sennert*. Pract. lib. III. part. VIII. sect. 1. cap. 4. *Etmulleri*, *Riverii*, *Varandaei* de ischur. &c.

Ischuria (*Cystopyica*) vesicalis purulenta, *Felic. Plateri* Mantis. Obs. 29. *Camerar*. Ephemer. natur. curios. tom. II. *Zacuti Lusitani* ex *Galeno*, Hist. medic. princip. hist. 148. *Hollerii* de morb. intern. cap. 47. *Sebasti. Nasii* Specul. method. med. part. II. pag. 167. *Andre* des maladies de l'urethre, observ. 16. *Vandermonde* Journ. de med. tom. IX.

Ischuria (*Cystothromboides*) vesicalis a sanguinis grumo, S. sp. 24. *Claudini* consult. 141. *Fabric. Hildani* Cent. III. observ. 66. *Foresti* lib. XXV. obs. 20. *Zacuti Lusitani* ex *Galeno* Hist. med. princip. hist. 145. et ejusdem Prax. med. admirab. lib. II. cap. 65. *Mercati* de morb. intern. cur. cap. 12.

Ischuria (*Cystophlegmatica*) vesicalis a muco, S. sp. 25. *Mercati* loc. citat. *Schacht*. Instit. medic. pract. lib. VIII. cap. 9. *Etmulleri* de ischur. vesicat. *Amati Lusitani*, Cent. VI. cur. 12. *Zacuti Lusitani*, Prax. med. admirab.

lib. II. observ. 64. *Boneti* ex *Thom. Bartholin.* de urin. suppress. observ. 17.

Ischuria (*Ectopocystica*) a vesicae ectopia, S. sp. 26.

a. Herniosa, seu a cystocele, *Verdier* Mem. de l'Acad. de Chirurg. tom. II. observ. 4. 6. 9. 10. 14. *Felic. Plater.* observ. pag. 830.

b. Proptoica, seu ab exocyste, *Verdier* ex *Nol.* lib. citat. obs. 17.

Ischuria (*Cystoproctica*) vesicalis ab intestino recto, scybalis, calculo, flatibus, inflammatione, abscessu, haemorrhoidibus turgente. *Dodonaei* Observ. medic. cap. 47. *Schenck.* lib. III. de ischur. observ. 6. *Wepferi* Dissert. de apopl. pag. 391. *Vandermonde* Journ. de med. tom. IX. pag. 261. *Boneti* Sepulchret. de urin. suppress. observ. 18. § 4. *Schacht. Gaubii*, loc. citat.

Ischuria (*Hysterocystica*) vesicalis ab utero, S. sp. 28.

a. Gravido, *Nordman.* Dissert. de ischur. gravidar. *Mauriceau*, lib. I. cap. XV. *Roderici a castro*, lib. II. cap. XV.

b. Parturiente, *Boneti* ex *Riolani* de urin. suppress. *Vandermonde* ex *Daran.* Journ. de med. tom. V.

c. Hydropico, *Hippocrat.* de morb. mulier. lib. 12. *Sennerti* Pract. lib. IV. part. I. sect. II. cap. X. XI. *Schenck.* lib. IV. de mol. fals. *Schachtii, Gaubii*, loc. citat.

d. Tumoribus distento, *Gaubii*, *Schachtii*, loc. citat. *Sennerti* ibidem, ac supra, cap. XIII. *Knoeffelii*, E. N. C. ann. IV.

e. Prociduo, *Nordmann*. Dissert. citata. *Sabatier* Mem. de l'Acad. de Chirurg. tom. III. *Sennerti* ibid. ac supra cap. XVI.

Ischuria (*Atretarum*) urethrocystica a menstruis in vagina retentis, S. sp. 29. *Amyand* Transact. philos. ann. 1732. No. 442. art. 8. pag. 45. *Schenck*, lib. IV. de part. genit. mulier. observ. 9. *Heister*. Chirurg. tom. II. pag. 951. *Astruc*. de morb. mulier. tom. I. lib. 1. cap. 5.

Ischuria paradoxa, S. sp. 30. *Morgagni* Epistol. *Le Clerc*. Journ. de med. Juill. 1755. p. 11.

4. Ischuriae urethrales.

Ischuria (*Perinaealis*) urethralis a perinaei tumore, S. sp. 31. *Galen*. lib. de affect. loc. et ex eo *Zacuti Lusitan*. Hist. 149. *Vandermond* ex *Daran*. Journ. de med. tom. V. pag. 291. *Tulp*. Observ. med. lib. III. cap. X. *Forest* lib. XXVI. obs. 2.

Ischuria (*Urethrolithica*) a calculo urethrae impaeto, S. sp. 32. *Schmid*. Eph. nat. cur. decad. I. ann. VIII. obs. 89. *Winckler*. ibid. tom. VI. obs. 34. *Zacut. Lusitan*. Prax. med. admirab. lib. II. obs. 66, 67, 68. *Tulp*. Obser. med. lib. III. cap. VIII. *Bonet*. Sepulchr. de urin. sup.

press. obs. 14. *Barthol.* cent. IV. epist. 5. *Heister.* Chirurg. tom. II. pag. 839.

Ischuria (*Urethrophlegmatica*) a muco urethram inficiente, S. sp. 33. *Bonet.* Sepulchr. et medic. septent. *Manget.* Biblioth. med. pract. *Amat. Lusitan.* cent. V. obs. 71. *Forest.* libr. XXV. obs. 25. *Varand.* de ischur. *Lud. Apin.* Eph. nat. cur. decad. III. ann. III. obs. 69.

Ischuria (*Urethrothromboides*) a sanguinis grumo urethram opplente, S. sp. 34. *Bonet.* Med. septentrion. de ischur. et sepulchr. de urin. suppress. obs. XI. *Forest.* lib. 25. obs. 25.

Ischuria (*Urethropyica*) a pure urethram obstruente, S. sp. 35. *Bonet.* Med. septentr. de ischur. *Forest.* Scholio modo citat. *Boerhaave* Praefat.

Ischuria (*Urethrobhymenodes*) a membrana in urethram impacta, S. sp. 36. *Hist. de l'Acad. R. des sc.* ann. 1714, hist. pag. 22.

Ischuria (*Urethrelmintica*) urethralis verminosa, S. sp. 37. *Joan. Petr. Albreicht.* Vid. *Bonet.* Medicinam septentrionalem de urin. cap. 31. et *Manget.* Biblioth. med. pract. tom. IV. de morb. urin. spectant. *Vandermonde* Journ. de med. Septembre 1758, pag. 245. *Joan Rhodii* Centur. 3. obs. 36. *Collect. Acad.* tom. 3. pag. 497. obs. 77.

Ischuria (*Urethritica*) ab urethrae inflammatione, S. sp. 38. *Hildan.* Cent. IV. obs. 54. *Forest.*

de incert. urin. judiciis, lib. III. cap. 3. versus finem. *Varand.* de affectib. ren. et vesic. cap. VII. *Bonet.* Medic. septentr. de ischuria, cap. 1. No. V. *Goulard.* de malad. de l'urethre. *Heister.* Chirurg. tom. 2. pag. 838.

Ischuria (*Carunculosa*) a morbis, ut vocant, urethrae, S. sp. 39. *Amat.* Lusitan. cent. IV. cur. 19. Cent. V. cur. 48. *Sharp* Recherches critic. cap. IV. *Goulard.* des malad. de l'urethre. *Heister.* Chirurg. tom. II. pag. 834. *André* des maladies de l'urethre, passim.

Ischuria (*Hydrocelodes*) ab urethrae ruptura in scrotum hiante, S. sp. 40. *Joan. Lud. Apin.* Miscell. nat. cur. decad. III. ann. III. obs. 68.

Ischuria (*Cryptopyica*) a penis intra corpus retractione, S. sp. 41. *Fred. Hoffm.* Consult. de morb. abdom. cas. 105.

Ischuria (*Peridesmica*) a vinculo strictiori peni injecto, S. sp. 42. *Bonet.* med. septentr. de Ischuria, cap. 1. No. VIII.

Ischuria (*Phimofica*) urethralis a phimosi, S. sp. 43. *Horst.* tom. II. lib. IV. pag. 274. *Goulard.* de malad. de l'urethre, *Heist.* Chirurg. tom. II. pag. 818. *Bonet.* Sepulchr. de ischur. obs. XV.

Ischuria (*Aspadiasis*) ab urethrae clausura, S. sp. 44. *Heister.* Chirurg. tom. II. pag. 818. et 951. *Horst.* tom. II. obs. 55. *Joan. Wieri* obs. pag. 221.; *Bonet.* Sepulchr. de urin. suppress. observ. XV. schol. et med. septentr. de ischur. cap. 2. § VI.

O. IV. T U B E R A.

Tumores partium solidarum, non hydropici.

294 G. XX. R A C H I T I S.

Deformitas ex articulorum tumore duro, car-
nium marcore, capitis mole, cum ingenio
praecoci, in puerulis.

295 G. XXI. S C R O P H U L A, *J. Allen. Syn-*
nopsis.

Tumor scirrhusus glandularum colli, mesen-
teriiique, cum labiis et naso crassioribus.

296 G. XXII. C A R C I N O M A.

Ulcera cancrofa cum doloribus lancinantibus.

297 G. XXIII. L E O N T I A S I S.

Papillae setaceae vel corniculatae cutim exa-
sperantes.

298 G. XXIV. M A L I S.

Tumores saepius purulenti, vel ulcera, cum
infectis vermiforibus, passim enata.

299 G. XXV. F R A M B A E S I A.

Excrefcentia fungosae, mori instar granulo-
sae saepius cum ulceribus, &c.

O. V. IMPETIGINES.

Morbi chronici saepius contagiosi qui cutis excrefcentias, tumores gregales, exulcerationes, crustas, &c. inducunt.

G. XXVI. SYPHILIS. 300

Post impurum concubitum ulcuscula, porri, bubones, fici primo ut plurimum in genitalibus, praegressa non raro gonorrhoea, dein pustulae crustosae, dolores nocturni, exostoses, caries, &c. in caeteris partibus.

G. XXVII. SCORBUTUS. 301

Stomacace cum maculis lividis, flavis, purpureo-violaceis potissimum tibiaram.

G. XXVIII. ELEPHANTIASIS. 302

Facies deformis tuberibus callosis, ozaena, raucedo, cutis elephantina crassa unctuosae, in extremis artubus anaesthesia.

G. XXIX. LEPROA. 303

Tubercula callosa, scabie majora, vel crustis et squamis diffusa, herpetica, per cutem dispersa, pruriginosa.

80 GENERA MORBORUM

304 G. XXX. SCABIES.

Pustulae crustosae, lentis magnitudine, pruriginosae manus potissimum obsidentes.

305 G. XXXI. TINEA.

Crustae flavae vel griseae, ulcerosae, per caput dispersae.

O. VI. ICTERITIÆ.

Totius cutis color inassuetus sine pyrexia acuta.

306 G. XXXII. AURIGO.

Oculorum et cutis flavedo ad auream vel aurantiam vergens.

307 G. XXXIII. MELASICTERUS.

Cutis color niger, vel atro-lividus, atro-fuliginosus.

308 G. XXXIV. PHOENIGMUS.

Rubor diffusus, vel maculosus sine pyrexia.

G. XXXV. CHLOROSIS, *Sennerti* qui 309
falso nomen Hippocrati tribuit.

Pallor, vel fuscus color cutis, oculis minime
flavis, saepius cum pica.

O. VII. CACHEXIÆ ANOMALÆ.

Signa classeos et affinitas cum prioribus ordi-
nibus.

G. XXXVI. PHTHIRIASIS. 310

Exortus pediculorum vel insectorum pedicu-
lis affinium ex diversis corporis partibus,
quas porrigine, ulcusculisque defoedant,
aut puncturis, pruritu discruciant.

G. XXXVII. TRICHOMA, *Fachii*. 311

Capilli invicem complicati, agglutinati in
globos inextricabiles, saepius cum phthi-
riasi.

G. XXXVIII. ALOPECIA. 312

Capillorum lapsus cum cuticulæ desquauma-
tione.

82 GENERA MORBORUM

313 G. XXXIX. ELCOSIS.

Numerosa vel ampla ulcera chronica, cariosa, foetida cum pyrexia lenta.

314 G. XL. GANGRÆNA.

Initio mors partis, dein ejus putrida dissolutio.

315 G. XLI. NECROSIS.

Partis mors, sine tumore praevio, deinde vero exsiccatio, induratio, nigredo.

PARS SECUNDA.

GENERA

MORBORUM

DEFINITA

Ab Illustri

CAROLO A. LINNE,

EQUITE AURATO, ARCHIATRO, &c. &c.

Upsalix 1763.

CLAVIS CLASSIUM.

M O R B I.

Febriles (e fanguine in medullam.)

EXANTHEMATICI I

CRITICI II

PHLOGISTICI III

Temperati

Nervini

Sensationis DOLOROSI IV

Judicii MENTALES V

Motus

QUIETALES VI

MOTORII VII

Fluidi Secretionis

SUPPRESSORII VIII

EVACUATORII IX

Solidi.

Interni DEFORMES X

Externi VITIA XI

EXANTHEMATICI Febris cum efflorescentia cutis maculata.

CRITICI Febris cum Urinae hypostasi lateritia.

PHLOGISTICI Febris cum Pulsu duro, Dolore topico.

DOLOROSI Doloris sensatio.

MENTALES Judicii alienatio.

QUIETALES Motus abolitio.

MOTORII Motus involuntarius.

SUPPRESSORII Meatum impeditio.

EVACUATORII Fluidorum evacuatio.

DEFORMES Solidorum facies mutata.

VITIA Externa palpabilia.

SYMPTOMATA se habent ad Morbum, ut Folia et Fulcra ad Plantam.

FEBRIS dignoscitur Pulsu citato.

I. EXANTHEMATICI.

I. CONTAGIOSI.

I. MORTA.

Phlyctænae (273) aliquot in Abdomine five
Artubus, magnitudine avellanae.

Febris Diaria (11) malignissima, funestissima.

II. PESTIS.

Anthraxes (272) seu *Bubones* (271) gran-
graenosi (233).

Febris Synocha (12) acutissima, funestissima,
Vertigo (74), *Anxietas* (89), *Lipyria*.

III. VARIOLA.

Pustulae (274) erysipelaceae, suppurantes, es-
charoticae (280), deciduae, cicatrisantes
(317).

Febris Synochus (13), *Cephalalgia* (40),
Lumbago (62).

IV. RUBEOLA.

Papulae (275) uniformes, rubrae, evanescenti-furfuraceae.

88 GENERA MORBORUM

Febris Synocha (12), *Sternutatio* (154), *Epi-
phora* (172), *Tuffis* (155) *ficca*.

V. PETECHIA.

Sudamina (321) *livido-lurida*, *superficialia*,
insensibilia.

Febris exacerbans (23), *Asthenia* (92), *A-
grypnia* (130).

VI. SIPHYLIS.

Nodi (262), *Ulcuscula*, *Myrmeciae* (279).

Febris Lenta (14) *nocturna*, *dolore ostocopo*
(61), *Marcore* (209), *Stranguria* (196),
Angina (46).

II. SPORADICI.

VII. MILIARIA.

Papulae (275) *rotundae*, *immerfae*, *diversi-
colores*, *confertae*, *intacta facie*, *prurigi-
nosae*.

Febris Synocha (12), *Sudore* (207) *foetido*,
punctorio.

VIII. UREDO.

Sudamina (321) *inaequalia*, *ruberrima*, *dila-*

bilis, pruriginosa, fugacia, recidivans,
furfuraceo-evanescentia.

Febris Hectica (24) benigna brevis.

IX. A P H T A.

Escharae (280) albae, rotundae, ductibus
excretoriis internis innatae.

Febris Lenta (14) obscura, cum Somnolentia
(96).

III. S O L I T A R I I.

X. E R Y S I P E L A S.

Macula rubens, urens, pressione diffimulan-
da, tumidiuscula, superficialis, dilatabilis,
desquamatione finienda.

Febris Synocha (12), initio acuta, cum in-
quietudine.

Prototypus Exanthematicorum *Erysipelas* (10) est.

Dysenteria (191) ad Contagiosos referretur, modo Sca-
bies (263) interna in oculos caderet.

Malignitatis symptomata imprimis sunt: *Lipothymia*
(93), *Delirium* (65), *Vertigo* (74), *Oblivio* (107), *A-*
naesthesia (118), *Lippuria*, *Carpologia* (135) *Anhelatio*
(157), *Aphonia* (115), *Aglutitio* (164).

II. C R I T I C I.

I. C O N T I N E N T E S.

XI. D I A R I A.

Febris terminanda intra septimanam dimidiam.

XII. S Y N O C H A.

Febris terminanda intra septimanam unicam.

XIII. S Y N O C H U S.

Febris terminanda intra septimanas duas vel tres.

XIV. L E N T A.

Febris protrahenda ultra septimanas tres.

II. I N T E R M I T T E N T E S.

XV. Q U O T I D I A N A.

Febris paroxyfmi fimiles nycthemeris fingulis.

XVI. TERTIANA.

Febris paroxyfmi fimiles nycthemeris alternis.

XVII. QUARTANA.

Febris paroxyfmi fimiles nycthemeris tertiiis.

XVIII. DUPLICANA.

Febris paroxyfmi fimiles alternati.

XIX. ERRANA.

Febris paroxyfmi diffimiles omnes.

III. EXACERBANTES.

XX. AMPHEMERINA.

Febris continens (14) cum Quotidiana (15).

XXI. TRITÆUS.

Febris continens (14) cum Tertiana (16).

XXII. TETARTOPHIA.

Febris continens (14) cum Quartana (17).

XXIII. HEMITRITÆA.

Febris Tritæus (21) cum Amphemerina (20).

XXIV. HECTICA.

Febris Lenta (14) cum Duplicana (18).

Prototypus Criticorum Tertiana (16) sit, aut potius Rheumatismus (62).

Apyria est deflagratio febris.

Phthisis (208) posset post Hecticam (24) collocari, si ordo naturalis admitteret et expectoratio.

Lethargus (98) cum Febricula his affinis est.

III. PHLOGISTICI.

I. MEMBRANACEI.

XXV. PHRENITIS.

Inflammatiō (231) *Meningum*.

Febris Synocha (12), Cephalalgia (40), Furor (68), Anxietas (89), Syringmos (72), Ophthalmia (43), Carpologia (135), Ob-
livio (107).

XXVI. PARAPHRENESIS.

Inflammatiō (231) *Diaphragmatis*.

Febr. Peripneumonia (34), Phrenitis (25).

XXVII. PLEURITIS.

Inflammatiō (231) *Plèuræ*.

Febr. Synocha (12), Dyspnoea (160), Tussis (155), Haemoptysis (179), Pleuritica (53).

XXVIII. GASTRITIS.

Inflammatiō (231) *Ventriculi*.

Febr. Amphemerina (20), Lipyria, Anxietas (89), Vomitus (183) ingestorum, Cardialgia (48).

94 GENERA MORBORUM

XXIX. ENTERITIS.

Inflammatiō (231) *Intestini*.

Febr. cum evacuatione abdominis, colica
(50) atroci, tensiva, calente.

XXX. PROCTITIS.

Inflammatiō (231) *Ani*.

Febr. Proctica (59) cum Tenesmo (193).

XXXI. CYSTITIS.

Inflammatiō (231) *Vesicae*.

Febr. Dolor Hypogastrii cum tumore inflammatorio, Dysuria (57), Tenesmo (193).

II. PARENCHYMATICI.

XXXII. SPHACELISMUS.

Inflammatiō (231) *Encephali*.

Febr. Synochus (13), Delirium (65), Carpalgia (135). Asthenia (92), Immobilitas, Anaesthesia (118), Aphonia (115).

XXXIII. CYNANCHE.

Inflammatiō (231) *Faucis*.

Febr. Synocha (12), Tussis (155), Aglutinatio

(164), Orthopnoea (162), Angina (46),
Suffocatio (158), Linguae intumescencia.

XXXIV. PERIPNEUMONIA.

Inflammatiō (231) *Pulmonis*.

Febr. Synocha (13), Tussis (155), Haemoptysis (179), Dyspnoea (160), Interascapulii dolor, Cubatus supinus.

XXXV. HEPATITIS.

Inflammatiō (231) *Jecinoris*.

Febr. Amphemerina (20), Tussis (155) sicca, Asthma (161), Singultus (153), Hypochondrii dextri tensio calens.

XXXVI. SPLENITIS.

Inflammatiō (231) *Lienis*.

Febr. Tetartophia (22), Respiratio interfecta (149), Hypochondrii sinistri tumor pulsatorius.

XXXVII. NEPHRITIS.

Inflammatiō (231) *Renis*.

Febr. Synochus (13) irregularis, Nausea (182), Singultus (153), Ructus (181), Urinae varietas, Obstipatio (166), Lumbago (62) urens, Femoris stupor (105).

XXXVIII. HYSTERITIS.

Inflammatio (231) *Uteri*.

Febr. Delirium (65), Spasmus (121), Sardiasis (125), Dolor hypogastrii tumorque calens.

III. MUSCULOSI.

XXXIX. PHLEGMONE.

Inflammatio (231) *Partis Externae*.

Febris ex partis externaе tumore pulsatorio,
Rubore tensivo, calente.

Lipyrria dum externa frigent, interna fervent.

Protypus Phlogisticorum Phlegmone (39) est.

Delirium (65) *quasi primus gradus Phrenitidis est.*

IV. DOLOROSI.

I. INTRINSECI.

XL. CEPHALALGIA.

Capitis totius aut portionis dolor gravativus.

XLI. HEMICRANIA.

Capitis lateralis dolor tensivus.

XLII. GRAVEDO.

Frontis dolor pressorius.

XLIII. OPHTHALMIA.

Oculi dolor.

XLIV. OTALGIA.

Auris dolor.

XLV. ODONTALGIA.

Dentis dolor maxillaris.

XLVI. ANGINA.

Faucis dolor cum suffocatione (158).

98 GENERA MORBORUM

XLVII. S O D A.

Oesophagi dolor rancido deurens Ruētibus
(181) calidis.

XLVIII. C A R D I A L G I A.

Cardiae dolor scrobiculi subsyncopalis (94).

XLIX. G A S T R I C A.

Ventriculi dolor epigastrii.

L. C O L I C A.

Intestini dolor umbilicalis cum torminibus
(123).

LI. H E P A T I C A.

Jecinoris dolor hypochondrii dextrī.

LII. S P L E N I C A.

Lienis dolor hypochondrii finistri, suspiria
(150).

LIII. P L E U R I T I C A.

Thoracis dolor lateralis punctorius.

LIV. P N E U M O N I C A.

Pulmonis dolor cum Orthopnoea (162), Tussi
(155), Haemoptysi (179).

LV. HYSTERALGIA.

Uteri dolor.

LVI. NEPHRITICA.

Renis dolor.

LVII. DYSURIA.

Vesicae dolor.

LVIII. PUDENDAGRA.

Genitalis dolor.

LIX. PROCTICA.

Ani dolor.

II. EXTRINSECI.

LX. ARTHRITIS.

*Geniculorum dolor periodicus ;
a Synovia corrupta.*

LXI. OSTOCOPUS.

*Articulorum dolor internus fixus ;
a Perioestio infecto.*

LXII. RHEUMATISMUS.

*Musculorum dolor ad motum ;
a Tunica cellulosa infecta.*

LXIII. VOLATICA.

Vasorum dolor migrans.

LXIV. PRURITUS.

*Cutis titillatio occulta, Scalpendi necessitatem
inducens.*

*Raphania (145) dolore intenso his affinis: Ob Spasmos
vero et Convulsiones sequentibus.*

V. M E N T A L E S.

I. I D E A L E S.

LXV. D E L I R I U M.

Infania acuta, transitoria, symptomatica cum febre.

LXVI. P A R A P H R O S Y N E.

Infania acuta, periodica, sine febre.

LXVII. A M E N T I A.

Infania chronica, universalis, innocua.

LXVIII. M A N I A.

Infania chronica, universalis, furibunda.

LXIX. D Æ M O N I A.

Infania chronica, partialis, furibunda, meticulosa, de Daemonibus.

LXX. V E S A N I A.

Infania chronica, partialis, tranquilla.

LXXI. M E L A N C H O L I A.

Infania chronica, partialis, moesta, meditantibunda.

II. I M A G I N A R I I.

LXXII. SYRINGMOS.

Perceptio *Soni* tinnitantis falsi.

LXXIII. PHANTASMA.

Perceptio *Visibilis* objecti falsi.

LXXIV. VERTIGO.

Perceptio circumgyrationis falsae.

LXXV. PANOPHOBIA.

Imaginatio *mali* falsi in solitudine.

LXXVI. HYPOCHONDRIASIS.

Imaginatio *fati lethalis* e levi malo, Borborygmi (123), Ruclus (181) acidi, Palpitationes (132), Praecordia tremula, Persuasio.

LXXVII. SOMNAMBULISMUS.

Imaginatio *somniantis* fortior, qua motus voluntarii excitantur.

III. P A T H E T I C I.

LXXVIII. CITTA.

Desiderium *non Esculenti* ingerendi.

LXXIX. BULIMIA.

Defiderium *Cibi* inexplebile.

LXXX. POLYDIPSIA.

Defiderium *Potus* continuum.

LXXXI. SATYRIASIS.

Defiderium *Veneris* enorme.

LXXXII. EROTOMANIA.

Defiderium *Amantium* pudicum.

LXXXIII. NOSTALGIA.

Defiderium *Patriae* Affiniumve.

LXXXIV. TARANTISMUS.

Defiderium *Choreae* (*saepe a morsura Insecti*).

LXXXV. RABIES.

Defiderium *Mordendi* lacerandique innocuos
(*saepe a Morsura Mammalis*.)

LXXXVI. HYDROPHOBIA.

Aversatio *Potulentorum* cum Rigore (141)
et Sardiali (125); (*saepius praecedenti ma-*
ritata).

LXXXVII. CACOSITIA.

Aversatio *Cibi* cum horrore.

LXXXVIII. ANTIPATHIA.

Aversatio *objecti* particularis.

LXXXIX. ANXIETAS.

Aversatio *mundanarum* rerum.

(*Cordis dolor*).

VI. QUIETALES.

I. DEFECTIVI.

XC. LASSITUDO.

Debilitas constans musculorum ponderosa,
quietem inducens.

XCI. LANGUOR.

Debilitas successiva virium vitalium, non re-
paranda quiete et cibatione.

XCII. ASTHENIA.

Debilitas successiva virium omnium.

XCIII. LIPOTHYMIA.

Defectio motus sensusque subita; superstita
Pulsu Menteque.

XCIV. SYNCOPE.

Lapsus virium vitalium subitaneus; abolitis
Pulsu, Respiratione, Sensu, Calore.

XCV. ASPHIXIA.

Lapsus virium animalium vitaliumque persi-
stens.

II. S O P O R O S I.

XCVI. SOMNOLENTIA.

Sopor vigiliis protractior.

XCVII. TYPHOMANIA.

Sopor apparens cum Agrypnia (130).

XCVIII. LETHARGUS.

Somnolentia constans, levis, febrilis, Delirio.
(65) oblivioso.

XCIX. CATAPHORA.

Sopor constans allocutione evigilans.

C. CARUS.

Sopor constans cum insensibilitate, respirationeque tacita.

CI. APOPLEXIA.

Sopor constans cum insensibilitate, Respirationeque stertorosa (156).

CII. PARAPLEGIA.

Sopor constans partium sub thorace.

CIII. HEMIPLEGIA.

Sopor constans lateris alterius.

CIV. PARALYSIS.

Sopor constans partis alicujus.

CV. STUPOR.

Sopor transitorius partis alicujus cum sensu
formicationis.

III. PRIVATIVI.

CVI. MOROSIS.

Imaginationis defectus.

CVII. OBLIVIO.

Memoriae defectus.

CVIII. AMBLYOPIA.

Visus obscuritas sine vitio sensibili.

CIX. CATARACTA.

Visus privatio cum vitio observabili.

CX. AMAUROSIS.

*Visus privatio sine vitio sensibili, pupilla dila-
ta.*

CXI. SCOTOMIA.

Visus Lypothymia (93) momentanea.

CXII. COPHOSIS.

Auditus defectus.

108 GENERA MORBORUM

CXIII. ANOSMIA.

Olfactus defectus.

CXIV. AGEUSTIA.

Gustus defectus.

CXV. APHONIA.

Loquelae privatio.

CXVI. ANOREXIA.

Famis defectus.

CXVII. ADIPSIA.

Sitis defectus.

CXVIII. ANÆSTHESIA.

Tactus sensationis defectus.

CXIX. ATECNIA.

Libidinis defectus.

CXX. ATONIA.

Fibrarum Muscularium contractionis defectus.

VII. MOTORII.

I. SPASTICI.

CXXI. SPASMUS.

Artus distentio violenta, subitanea, fugax.

CXXII. PRIAPISMUS.

Penis spastica intumescencia.

CXXIII. BORBORYGMUS.

Intestinorum contractio boans.

CXXIV. TRISMOS.

Mandibularum clausura arcta.

CXXV. SARDIASIS.

Oris retractio risum mentiens, fugax.

CXXVI. HYSTERIA.

Praecordiorum pressio sub pectore, cum flatu-
lencia (165), Suffocatione (158), Anxietate
(89), Palpitatione (132), verticis pressione.

II. GENERA MORBORUM

CXXVII. TETANUS.

Corporis rigiditas cum sensibilitate.

CXXVIII. CATOCHUS.

Corporis rigiditas cum insensibilitate.

CXXIX. CATALEPSIS.

Corporis totius recepta forma, constans, flexilis, cum insensibilitate.

CXXX. AGRYPNIA.

Sensorii rigiditas spastica, continua (*Pervigilium*).

II. AGITATORII.

CXXXI. TREMOR.

Partium agitatio continua, chronica, absque frigoris sensu.

CXXXII. PALPITATIO.

Cordis Viscerisve motus subsultorius.

CXXXIII. ORGASMUS.

Arteriarum subsultus.

CXXXIV. SUBSULTUS.

Tendinum subsultoria elevatio.

CXXXV. CARPOLOGIA.

Digitorum tremula contractio infcia.

CXXXVI. STRIDOR.

Manducatio sonora, vacua.

CXXXVII. HIPPOS.

Palpebrarum nictitatio frequentissima.

CXXXVIII. PSELLISMUS.

Loquelae titubatio in quibusdam literis.

CXXXIX. CHOREA.

Lateris agitatio tremula, continua, inordinata.

CXL. BERIBERI.

Partium tremor (131), Genuum contractura (299), Stupor (105), Raucedo (146).

CXLI. RIGOR.

Partium vibratio periodica, cum frigoris intercutanei sensu.

CXLII. CONVULSIO.

Partium agitatio violenta, periodica, cum sensibilitate.

CXLIII. EPILEPSIA.

Corporis agitatio periodica, chronica, cum insensibilitate.

CXLIV. HIERANOSOS.

Corporis agitatio continua, indolens, convulsiva, cum sensibilitate.

CXLV. RAPHANIA.

Articulorum contractio spastica, cum Agitatione convulsiva, Dolore violentissimo, periodico.

VIII. SUPPRESSORII.

I. SUFFOCATORII.

CXLVI. RAUCEDO.

Vocis sibilans elccutio ab arefcentia pneumatica.

CXLVII. VOCIFERATIO.

Vocis dolorosa exaltataque exclamatio.

Ad Corpus indurandum.

CXLVIII. RISUS.

Exspiratio profunda, agitatoria, cum Sardiasi (125).

Ad Sanguinem e Corde expellendum.

CXLIX. FLETUS.

Inspiratio interfecta, singultuosa, cita, suspiriosa, cum moestitia, gemitu, lacrymis (172).

Ad sanguinem intra pulmones inglutiendum.

CL. SUSPIRIUM.

Inspiratio profunda, agitatoria, lenta.

Ad sanguinem e pulmonibus expellendum.

CLI. OSCITATIO.

Inspiratio tarda, adaucta, hians, spasmodica.

114 GENERA MORBORUM

Ad sanguinem propellendum per pectus.

CLII. PANDICULATIO.

Inspiratio profunda, pressoria cum extensione corporis artuumque.

Ad sanguinem per vasorum anastomoses propellendum.

CLIII. SINGULTUS.

Inspiratio celer, convulsiva, momentanea, iterata, sonora.

Ad Cardiam evacuandam.

CLIV. STERNUTATIO.

Exspiratio sonora, convulsiva, celer, inspirationi lentae succedens.

Ad sinum Frontis evacuandum.

CLV. TUSSIS.

Exspiratio sonora, convulsiva, periodica.

Ad Tracheam evacuandam.

CLVI. STERTOR.

Respiratio sonora, rauca, narium agitatione.

Ad mucum faucium subigendum.

CLVII. ANHELATIO.

Respiratio citatissima, profunda, laevis, fugax.

Ad sanguinem per pulmones accelerandum.

CLVIII. SUFFOCATIO.

*Respiratio angustatione faucium continua,
fine febre.*

A Tracheae angustatione.

CLIX. EMPYEMA.

*Respiratio gravis cum fluctuatione in cavo
thoracis, post febrim.*

A pure in cavum Thoracis effuso.

CLX. DYSPNOEA.

*Respiratio anhelosa (157), laboriosa, fine sen-
su angustationis faucium.*

A pulmonum substantia oppilata.

CLXI. ASTHMA.

*Respiratio stertorosa (156), laboriosa, diffi-
lis chronica.*

A Bronchiis oppilatis.

CLXII. ORTHOPNOEA.

*Respiratio suspiriosa (150), suffocatoria (158),
acuta, subitanea.*

A sanguinis per pulmones difficili transitu.

CLXIII. EPHIALTES.

*Respiratio profunda, suffocans (158), dormi-
entis in dorso cum Somnio laborioso.*

Ab Intestinorum inflatione premente.

II. CONSTRICTORII.

CLXIV. AGLUTITIO.

Deglutitio impedita.

CLXV. FLATULENTIA.

Ructus (181) *Crepitusque* (194) impeditus,
cum abdominis intumescencia.

CLXVI. OBSTIPATIO.

Foecum exoneratio impedita,

CLXVII. ISCHURIA.

Mictus impeditus.

CLXVIII. DYSMENORRHOEA.

Menstrua suppressa s. dolorifica.

CLXIX. DYSLOCHIA.

Lochiorum suppressio.

CLXX. AGLACTATIO.

Lactis defectus.

CLXXI. STERILITAS.

Geniturae suppressio,

IX. EVACUATORII.

I. C A P I T I S.

CLXXII. OTORRHOEA.

Auris purulentus fluxus.

CLXXIII. EPIPHORA.

Oculi lacrymalis fluxus continuus.

CLXXIV. HÆMORRHAGIA.

Naris sanguineus fluxus.

CLXXV. CORYZA.

Naris mucosus fluxus, copiosus, continuus.

CLXXVI. STOMACACE.

Oris sanguinea e gingivis cruentatio.

CLXXVII. PTYALISMUS.

Oris salivalis e glandulis copiosissimus effluxus.

II. T H O R A C I S.

CLXXVIII. S C R E A T U S.

Faucis muci sonora evacuatio.

CLXXIX. E X P E C T O R A T I O.

Pulmonis serosa e Trachea evacuatio.

CLXXX. H Æ M O P T Y S I S.

Pulmonis sanguinea cum Tussi evacuatio.

CLXXXI. V O M I C A.

Pulmonis purulenta, copiosa, improvisa evacuatio.

III. A B D O M I N I S.

CLXXXII. R U C T U S.

Rejectionis *Flatuum* frequens.

CLXXXIII. N A U S E A.

Rejectionis *Cibi Flatuumque* conatus inanis.

CLXXXIV. V O M I T U S.

Rejectionis ingestorum convulsiva.

CLXXXV. H Æ M A T E M E S I S.

Vomit (184) sanguinis.

CLXXXVI. I L I A C A.

Vomitus (184) cum Obstipatione (166) fixa
et Colica (50).

CLXXXVII. C H O L E R A.

Vomitus (184) cum Diarrhoea (188), Colica
(50.)

CLXXXVIII. D I A R R H O E A.

Dejectio *Fœcum* liquidarum frequens.

CLXXXIX. L I E N T E R I A.

Diarrhoea (188.) Cibi immutati.

CXC. C O E L I A C A.

Diarrhoea (188) Chymi.

CXCI. C H O L I R I C A.

Diarrhoea (188) rubella, absque Colica.

CXCII. D Y S E N T E R I A.

Diarrhoea (188) cruenta, cum Colica (50),
Tenefmo (194.)

CXCIII. H A E M O R R H O I S.

Dejectio *Sanguinis* cum Proctica (59), abs-
que Colica.

CXCIV. T E N E S M U S.

Dejectio *Muci* frequens, parca, cum desiderio.

CXCV. CREPITUS.

Dejectio *Flatuum* copiosa, crebra.

IV. GENITALIUM.

CXCVI. ENURESIS.

Urinae stillicidium involuntarium, indolens.

CXCVII. STRANGURIA.

Urinae parca, guttata, frequens, dolorosa
micturitio.

CXCVIII. DIABETES.

Urinae copiosissimae frequens micturitio.

CXCIX. HÆMATURIA.

Urinae cruentae micturitio.

CC. GLUS.

Urinae viscosae micturitio.

CCI. GONORRHOEA.

Geniturae stillicidium.

CCII. LEUCORRHOEA.

Muci e sinu muliebri effluxus.

CCIII. MENORRHAGIA.

Menstruatio copiosa, inordinata.

CCIV. PARTURITIO.

Foetus maturi enixus laboriosissimus.

CCV. ABORTUS.

Foetus praematura ejectio.

CCVI. MOLA.

Massae carnae, intus cysticosae, ex utero ejectio.

V. CORPORIS EXTERNI.

CCVII. GALACTIA.

Lactis effluxus.

CCVIII. SUDOR.

Seri per poros copiosa, frequens sudatio.

Q

X. D E F O R M E S.

I. E M A C I A N T E S.

CCIX. P H T H I S I S.

Marcor cum Hectica (24), Tussi (155), Dyspnoea (160), Expectoratione (178) purulenta, copiosa.

CCX. T A B E S.

Marcor cum Hectica (24), *absque Expectoratione.*

CCXI. A T R O P H I A.

Marcor cum Atonia (120), *absque Expectoratione et Hectica.*

CCXII. M A R A S M U S.

Marcor cum Aridura (226), *absque Atonia, Expectoratione, Hectica.*

CCXIII. R A C H I T I S.

Marcor carniū tumentibus artuum Geniculis Capiteque; ossibusque saepe flexilibus.

II. T U M I D O S I.

CCXIV. P O L Y S A R C I A.

Corporis pinguedinosa intumescentia.

CCXV. L E U C O P H L E G M A T I A.

Corporis emphysematosa (229) intumescentia.

CCXVI. A N A S A R C A.

Corporis oedematosa (230) intumescentia.

CCXVII. H Y D R O C E P H A L U S.

Capitis oedematosa (230) intumescentia, hi-
antibus futuris cranii.

CCXVIII. A S C I T E S.

Abdominis oedematosa (230) intumescentia.

CCXIX. H Y P O S A R C A.

Abdominis nodosa intumescentia.

CCXX. T Y M P A N I T E S.

Abdominis flatulenta (165) intumescentia,
constans, sonora.

CCXXI. G R A V I D I T A S.

Abdominis a foetu intumescentia nimia.

III. DE COLORES.

CCXXII. CACHEXIA.

Pallor corporis oedematofus (230), cum debilitate, moerore.

CCXXIII. CHLOROSIS.

Viridi-cinereus color faciei foemineae cum Citta (78).

CCXXIV. SCORBUTUS.

Opacitas faciei cum Anorexia (116), Lassitudine (90) matutina, Stomacace (175), Labario (309).

CCXXV. ICTERUS.

Flavedo corporis cum urina luteo-tinctoria, foecibus albidis, (*Obstipatio Bilis*).

CCXXVI. PLETHORA.

Rubedo corporis a distentis vasis sanguineis, cum Dyspnoea (160).

HYDROPS nomine veniunt *Anasarca* (216), *Ascites* (218), *Hypofarca* (219), *Hydrocephalus* (217), *Oedema* (230), et *Tympanites* (220).

XI. V I T I A.

I. H U M O R A L I A.

CCXXVII. A R I D U R A.

Pars exfucca, emarcida, exantlatis humori-
bus, indolens.

CCXXVIII. D I G I T I U M.

Articulū exficcatio friabilis occulta.

Digiti marcor Dolore periodico intensiffimo.

CCXXIX. E M P H Y S E M A.

Flatus intra tunicam cellulofam Partis.

Tumor elasticus, concolor, subdiaphanus, in-
dolens.

CCXXX. O E D E M A.

Lympha ftagnans intra tunicam cellulofam
Partis.

Tumor digito premente foveolam admittens,
concolor, vespertinus, indolens, Partis.

CCXXXI. S U G I L L A T I O.

Cruor effusus in tunicam cellulofam.

Tumor obfoletus, latus, luridus.

126 GENERA MORBORUM

CCXXXII. INFLAMMATIO.

Sanguis obstructus in vasis.

Tumor tensus, calidus, ruber, pulsans, dolens.

CCXXXIII. ABSCESSUS.

Inflammatio suppurata, in *Pus* collecta.

Tumor mollis, aequalis, pruriens.

CCXXXIV. GANGRÆNA.

Inflammatio f. Suppuratio suffocata, *mortua* serpens in tunica cellulosa.

Cutis livens, molliuscula, putris cum vesiculis sub epidermide, serpente vitio, margine subinflammato, subardente.

CXXXV. SPHACELUS.

Gangraena (234) omnium solidorum partis.

Mortificatio putrida ad ossa penetrans, indolens, properans.

II. DIALYTICA.

(*Solutiones Continui*).

CCXXXVI. FRACTURA.

Ossis solutio citra substantiae dissolutionem.

CCXXXVII. LUXATURA.

Geniculi solutio citra substantiae dissolutionem.

CCXXXVIII. RUPTURA.

Tendinis solutio citra substantiae dissolutionem.

CCXXXIX. CONTUSURA.

Fibrarum solutio citra substantiae dissolutionem.

CCXL. PROFUSIO:

Sanguinis effluxus copiosus e substantiae dissolutione.

CCXLI. VULNUS.

Substantiae dissolutio partis mollis, hians, cruenta.

CCXLII. AMPUTATURA.

Vulnus *detruncatione* partis totalis factum.

CCXLIII. LACERATURA.

Vulnus *Fibrarum Cutisque laceratione* factum.

CCXLIV. PUNCTURA.

Vulnus *Tendinis* punctione factum.

CCXLV. MORSURA.

Vulnus punctum armis animalium *venenatis*.

CCXLVI. COMBUSTURA.

Vulnus *igne* factum, inducta Eschara (281).

CCXLVII. EXCORIATURA.

Cutis remota a Carnibus vivis.

CCXLVIII. INTERTRIGO.

Cuticulae erosio madens dolensque.

CCXLIX. RHAGAS.

Fissura Cutis arida.

III. EXULCERATIONES.

(*Suppurationes apertae*.)

CCL. ULCUS.

Vulnus *Suppuratum* partis carnosae.

CCLI. CACOETHES.

Ulcus *superficiale* serpens, manans, perenne.

CCLII. NOMA.

Ulcus Carnes integumentaue depascens, cicatricem inducens.

CCLIII. CARCINOMA.

Ulcus *Schirri* (284) suppurati.

Ulcus putridum, serpens, vasis tumidis rad-
catum, periodice dolens.

CCLIV. OZEN A.

Ulcus intra antrum *Highbori*.

Ulc. oculum e Naribus foetens;

CCLV. FISTULA.

Ulcus cortice *calloso-vaginato*.

Ulc. sinuoso penetrans, intus cortice obtec-
tum, ore angustatum.

CCLVI. C A R I E S.

Ulcus *Ossis* separato perioftio.

Ulc. connivens, cum raris punctationibus in-
dolens, sanie passim nigra se prodens.

CCLVII. ARTHROCAE.

Ulcus *Medullae* cum ossis Carie (256).

Ulc. malignum, tumens, dolore ostocopo (61).

CCLVIII. COCYTA.

Animalculum venenatum intra partem re-
ceptum.

Partis stigma dolore furioso.

CCLIX. PARONYCHIA.

Serum corruptum sub *tendinibus* perioestioque.
Partis rubor dolentissimus, os destruens.

CCLX. PERNIO.

Partis ustio *Gelu* facta.
Pars albo caerulefcens, tempestatibus recru-
 descens, saepe exulcerans.

CCLXI. PRESSURA.

Digiti inflammatio (232) a *frigore*, in casum
 unguis tendens.

Inflam. Digitum circum ungues in suppurationem
 vergens.

CCLXII. ARCTURA.

Unguis curvatura lateralis cutem secans.

Inflammat. digitum cum ulceratione laterali
 unguis.

IV. SCABIES.

* *Multiplicativa.*

CCLXIII. LEPROA.

Pustulae (275), *Eschara* (281) sicca colorata,
 cum *Nodis* immerfis mobilibus indolentibus
 fuscis Rhagadibusque (249).

CCLXIV. T I N E A.

Pustulae (275) *Capillitii* ficcae, eschara (281) albo-flavescente, *Pilisque* abbreviatis erectis bulbofo-radicatis.

CCLXV. A C H O R.

Pustulae (275) exulcerantes, manantes communi pinguedinoso.

CCLXVI. P S O R A.

Pustulae (275) ichorosae, escharoticae (281), noctu imprimis pruriginosae (64).

CCLXVII. L I P P I T U D O.

Pustulae (275) excoriantes *Palpebrarum* margines.

CCLXVIII. S E R P I G O.

Pustulae (275) ficcae, obsoletae, serpentes, subfarinaceo-desquamantes.

CCLXIX. H E R P E S.

Pustulae (275) escharoticae (281), basi communi erysipelacea (10).

CCLXX. , V A R U S.

Pustulae (275) *Glandulurum sebacearum* rubrae, dispersae, chronicae.

132 G E N E R A M O R B O R U M

CCLXXI. B A C C H I A.

Vari (270) *faciei* cum nodis maculisque coloratis chronicis.

** *Simplex.*

CCLXXII. B U B O.

Glandula conglomerata inflammata, in suppurationem tendens.

CCLXXIII. A N T H R A X.

Glandula subcutanea inflammata, in suppurationem malignam vergens.

Tumor rotundus, erisipelaceus (10), immersus, dolentissimus, suppurandus apice acuto, pustula purifera.

CCLXXIV. P H L Y C T Æ N A.

Vesicula serosa, distenta, pellucida, basi inflammata, rupta dolens.

CCLXXV. P U S T U L A.

Vesicula purulenta, turgens, dehiscens pure.

CCLXXVI. P A P U L A.

Tuberculum farctum, coloratum, inflammatum, vix suppurandum.

CCLXXVII. H O R D E O L U M.

Tuberculum cysticosum, ovatum, in limbo palpebrarum, suppurans saepius apice.

CCLXXVIII. VERRUCA.

Papilla nervea intumescens, indurata.

Papula durior, scabra, ficca, indolens.

CCLXXIX. CLAVUS.

Verruca (278) callosa, in Tendinibus radicata, basi sensibilis.

CCLXXX. MYRMECIUM.

Verruca (278) madida, mollis, denudata.

CCLXXXI. ESCHARA.

Crusta mortua, ab humoribus extravasatis coagmentata, decidua.

V. TUMORES protuberantes.

CCLXXXII. ANEURISMA.

Arteriae dilatatio.

Tumor mollis, pulsans, concolor, rotundatus.

CCLXXXIII. VARIX.

Venae dilatatio.

Tumor mollis, quiescens, concolor, rotundatus.

134 G E N E R A M O R B O R U M

CCLXXXIV. S C I R R H U S.

Glandula indurata.

Nodus durus, asper, concolor, indolens, rotundatus, pressione insensibilis.

CCLXXXV. S T R U M A.

Glandula infarcta.

Nodus indolens, solidiusculus, pressione obtuse sentiens.

CCLXXXVI. A T H E R O M A.

Tumor tunicatus, rotundatus, mobilis, molliusculus, indolens, absque cystide.

CCLXXXVII. A N C H Y L O S I S.

Tumor *Geniculorum*, ligamenti capsulaeque tensione expressa Synovia.

Tumor ad genicula, mollis, pulposus concolor.

CCLXXXVIII. G A N G L I O N.

Tumor *Tendinibus* innatus, ovatus, mobilis, pulposus indolens.

CCLXXXIX. N A T T A.

Tumor tunicatus, musculis irradicatus, emiens, pulposus, indolens.

CCXC. SPINOLA.

Tumor supra *vertebras lumborum* mollis, exiguus, Vertebrarum processibus dehiscen-
tibus.

CCXCI. EXOSTOSIS.

Tumor durus ex *osse* prominente enatus.

VI. PROCIDENTIÆ.

CCXCII. HERNIA.

Intestini obtekti ultra propriam sedem protrusio.

CCXCIII. PROLAPSUS.

Viscus nudum relaxatum, elongato propendens ultra proprium locum.

CCXCIV. CONDYLOMA.

Tunica interior relaxata gibba.

CCXCV. SARCOMA.

Caro nuda enata e vivo vulnere.

CCXCVI. PTERYGIUM.

Cuticula excrefcens e cantho oculi, superficiem ejus obtegens.

136 GENERA MORBORUM

CCXCVII. ECTROPIUM.

Palpebra inferior resupinato-inversa.

CCXCVIII. PHIMOSIS.

Praeputii intumescencia inflammata, glandem denudans incarceransve.

CCXCIX. CLITORISMUS.

Clitoridis intumescencia extra sinum pudoris.

VII. DEFORMATIONES.

CCC. CONTRACTURA.

Geniculorum fixatio rigida.

CCCI. GIBBER.

Thoracis dilatatio prominens.

CCCII. LORDOSIS.

Ossium incurvatio.

CCCIII. DISTORTIO.

Ossium ad latus non naturale flexio.

CCCIV. TORTURA.

Oris ad latus flexio.

CCCV. STRABISMUS.

Oculi distorti et inaequaliter moti.

CCCVI. LAGOPHTHALMIA.

Oculi sursum visio palpebra superiore abbreviata.

CCCVII. NYCTALOPIA.

Oculi visus nocturnus.

CCCVIII. PRESBYTIA.

Oculi visus remotus.

CCCIX. MYOPIA.

Oculi visus approximatus.

CCCX. LABARIUM.

Dentes vacillantes in suis alveolis.

CCCXI. LAGOSTOMA.

Labium superius oris fissum.

CCCXII. APELLA.

Praeputii abbreviatio absque inflammatione.

CCCXIII. ATRETA.

Meatus corporis imperforatus.

CCCXIV. PLICA.

Capillorum contortuplicatio indissolubilis.

CCCXV. HIRSUTIES.

Pili copiosiores longioresque.

CCCXVI. ALOPECIA.

Pilorum defluvium.

CCCXVII. TRICHIASIS.

Ciliorum distortio.

VIII. MACULÆ.

CCCXVIII. CICATRIX.

Callus replens ulcerationes consolidatas.

CCCXIX. NÆVUS.

Macula quaecunque congenita.

CCCXX. MORPHÆA.

Macula *alba*, depressa, lata.

CCCXXI. VIBEX.

Lineae sanguinicolores subcuticula.

CCCXXII. SUDAMEN.

Maculae *rubrae*, pulicares, glabrae, pungentes, evanescentes.

CCCXXIII. MELASMA.

Macula *caerulefscens* in parte testæ.

CCCXXIV. HEPATIZON.

Macula *grisea*, subaspera, pruriens.

CCCXXV. LENTIGO.

Maculae *griseae*, confluentes, insensiles.

CCCXXVI. EPHELIS.

Color *fuscus* partis insolatae.

*Heu mihi! tot mortes Homini, quot membra, malisque
Tot fumus infecti, Mors ut Medicina putetur.*

T H E O R I A.

1. CORPUS vivum constat *Medullari* cerebroso, et *Corticali* solido fluidoque.
2. VITA sentiens movensque residet in medullari primordiali, continuato, multiplicativo.
3. MEDULLARE arcte custoditum, nervis expansis tentaculatum, fabricat suum corticale solidum e fluidis vegetabilium, et fluida haec vicissim per solida praeparat.
4. Medullare hoc *nutritur* tenuissimo spirituofo liquido corticali, sed *flagrat* electrico pulmonibus hausto.
5. Medullare sentiens se pandit ad *gratum* salutare, et movens se retrahit ad *ingratum* noxium.
6. Fluidum corticale, e quo solida, solvitur destruiturque *Acidis* aut *Putridis*, utrisque multiplicativis. Sic vitatur Sanguis putrido, Serum acido.

7. His dum resistit sentiens movens, oriuntur FEBRES: *Criticae* ab acescente, *Phlogisticae* a putrescente, at *Exanthematicae* a vivo? peregrino multiplicabili.
8. FLUIDORUM nociva ingrata eliminare studet vita per vias naturales et artificiales, et quo haec periculosiora, eo citius, per datam sic portam simul ejecit quaevis impura; sed duas portas simul apertas non facile admittit, ne exhauriatur (*a*).
9. Quidquid praecipue adversum sentit, praecipue curat vel minora majoribus adsociat (*b*), ut tota se his opponat.
10. CORTICALE solidum deteritur viatiaturque quotidie, adeoque quotidie reparandum; reparatur autem *Diaeta*, eaque multiplici; ab appropriata bene, ab erronea perverse, unde defectus, *Morbi* dicti.
11. MORBI tolluntur contraria causa (*c*); hanc ut citius natura obtineat, *Toxica* misceantur ingerendis, *Medicamenta* dicta.

(*a*) Evacuationes duae simul et semel possunt vix stare.

(*b*) Dolor dolorem trahit.

(*c*) Morbi morbis curantur.

12. CONTRARIA haec ex fapidis in fluida Solidaque et ex *Olidis* in medullare agentibus dignoscenda sunt : E contrariis itaque faporibus et odoribus primaria medicamenta eruenda ; in his itaque *Clavis Materiae Medicae*,

QUALITATES

MEDICAMENTORUM.

I. S A P I D A.

Agunt in *Cortice* Vitale :

in *Fluidis.* in *Solidis.*

1	AQUOSA.	Mundificantia,	Humectantia.		
		Abforbentia,	Exficcantia	SICCA.	1
2	ACIDA.	Refrigerantia,	Attenuantia.		
		Balfamica,	Tonica	AMARA.	2
3	DULCIA.	Edulcorantia,	Impinguantia.		
		Incidentia,	Corrodentia	ACRIA.	3
4	VISCOSA.	Inviscantia,	Lubricantia.		
		Penetrantia,	Abftergentia	SALSA	4
5	PINGUIA.	Obtundentia.	Emollientia		
		Inspiffantia,	Adftringentia	STIPTICA	5

II. O L I D A.

Agunt in *Medullare* Animatum.

Sensum	<i>Excitant</i>	AROMATICA,	<i>Sopiant</i>	VIROSA.
Motum	<i>Spaficant</i>	ORGASTICA,	<i>Evacuant</i>	NAUSEOSA.
Judicium	<i>Acuunt</i>	SPIRITUOSA,	<i>Confundunt</i>	TETRA.
Libidinem	<i>Provocant</i>	AMBROSIACA,	<i>Suffocant</i>	HIRCINA.

P A R S T E R T I A.

D E F I N I T I O N E S

G E N E R U M

M O R B O R U M

A Clarissimo

RUDOLPHO AUGUSTO VOGEL,

PHILOS. et MEDIC. D. HUIUSQ. PROFESS. &c. &c.

Gottingae 1764.

T

TABULA CLASSIUM

MORBORUM.

- I. FEBRES. Innati caloris augmentum praeternaturale, cum oris siccitate et gravitate corporis.
- II. PROFLUVIA. Humorū evacuatio, ab ordine, quantitate, aut qualitate naturali abhorrens.
- III. EPISCHESES. Excernendorum suppressiones.
- IV. DOLORES. Sensationes molestae, corporis et animi tranquillitatem turbantes.
- V. SPASMI. Solidorum mobilium contractiones, vel agitationes.
- VI. ADYNAMIAE. Sensationum, motuum, naturaliumve functionum defectus, aut imminutiones.
- VII. HYPERAESTHESSES. Sensationes auctae, vel perversae.

VIII. CACHEXIÆ. Male colorata corporis constitutio, cum debilitate.

IX. PARANOIÆ. Mentis aberrationes.

X. VITIA. Mutationes in superficie corporis conspicuae.

XI. DEFORMITATES. Aberrationes solidorum ab ordine, positura, habitu, figura, numero, aliisque qualitatibus.

I. F E B R E S.

I. INTERMITTENTES.

Æstus ad summum 18 horas perdurat, dein aliquamdiu cessat, posteaque revertitur praevio frigore.

I. *S I M P L I C E S.*

I. QUOTIDIANA.

Quolibet die aut nocte recurrit.

II. TERTIANA.

Uno die vel nocte una invadit, sequente intermittit, tertio repetit.

III. QUARTANA.

Uno die vel una nocte invadit, deinde biduum intermittit, quarto iterum redit.

IV. QUINTANA.

Singulo quinto die redit.

V. SEXTANA.

Singulo sexto die repetit.

150 GENERA MORBORUM

VI. SEPTANA.

Singulo septimo die revertitur.

VII. OCTANA.

Quolibet octavo die redit.

VIII. NONANA.

Quovis nono die recurrit.

IX. DECIMANA.

Quovis decimo die recurrit.

X. VAGA.

Alio post decimum diem, sed haud fixo, recurrit.

XI. MENSTRA.

Viris circa fluxum haemorrhoidalem, vel etiam citra illum, foeminis circa catamenia accidit.

II. DUPLICATÆ.

XII. TERTIANA duplex.

Quotidie accedit, interdum quoque bis uno die vacuo, accessionis vero tempora alternis diebus respondent.

XIII. QUARTANA duplex.

Inter quatuor dies tertium tantum a febre

vacuum habet, et accessionis tempora alternatim praecedenti insultui respondent.

III. *TRIPPLICATÆ.*

XIV. *QUARTANA* triplex.

Quotidiana, paroxysmis quarto quovis die conspirantibus.

II. *CONTINUÆ.*

Nec interdiu, nec noctu intermittunt, sed remissiones saltem inferunt cum exacerbationibus, quae vel quotidie, aut tertio die, aut quarto, aliove accedunt.

I. *SIMPLICES.*

XV. *QUOTIDIANA* Continua.

Quotidie cum frigore accidit, calor vero per totum reliquum tempus durat.

XVI. *SYNOCHUS.*

Facie rubra, cute humida, pulsu magno et frequenti, crisi perfecta terminantur intra 21 dies. Species ejus *Ephemera* est.

XVII. *AMATORIA.*

Febris paucarum horarum a magno frigore

incipiens, ex vehementi concubitus expectatione.

XVIII. PHRENITIS.

Febris acuta, dolor capitis, delirium constans et vehemens.

XIX. EPIALA.

In qua frigoris sensus perpetuus cum rigore contingit.

XX. CAUSOS.

Febris ardentissima, tertio quoque die acerbior, cum immensa siti, et siccissima atque nigra lingua.

XXI. ELODES.

Febris cum profusissimo ac perpetuo sudore inde a primo die, et magno virium lapsu. *Typhodes* et *Sudor Anglicanus* ejus species sunt.

XXII. LETHARGUS.

Febris in qua sopor et ab expergefactione delirium, mox opprimente iterum sopore.

XXIII. TYPHOMANIA.

Febris ex phrenitide et lethargo mixta,

XXIV. LEIPYRIA.

Febris in qua extrema algent, interna uruntur, pulsus parvus et obscurus.

XXV. PHRICODES.

Febris cujus decursum crebri horrores rigoresve interpellant.

XXVI. LINGODES.

Febris in qua aeger a principio usque ad crifin fingultit.

XXVII. ASSODES.

Febris in qua aeger fere irrequietus est, et implacide molesteque habet, vel fastidio agitur.

XXVIII. CHOLERICA.

Febris cum vomitu frequenti atque torminosa alvi dejectione.

XXIX. SYNCOPALIS.

Febris cui frequens lipothymia se intermiscet.

XXX. HYDROPHOBIA.

Febris cum averfatione liquidorum, fingultu, convulfione, et delirio.

XXXI. OSCITANS.

Febris cum perpetua ofcitatione.

XXXII. ICTERICODES.

Auriginosa febris, quae cutem colore flavo inquinat, citra hepatis inflammationem.

XXXIII. PESTILENTIALIS.

Febris pandemia, contagiosa, acutissima, in qua bubones aut certe carbunculi, aut vesiculae oriuntur cum leipyria, ingenti siti, spiritu, sudore, et dejectionibus foetidis, delirio, nausea, vomitu, pulsuque parvo ac obscuro.

XXXIV. SIRIASIS.

Febris infantibus propria, in qua cutis sicca, pallida, inappetentia, oculi concavi, fontanellae subsidentia.

II. COMPOSITÆ.

I. *Exanthematicae.*

XXXV. VARIOLOSA.

Synochus contagiosa, a vomitu, cephalalgia, et lumbagine incipiens, in qua tertio die maculae erumpunt, sensim in pustulas purulentas, escharoticas, deciduas, abeuntes.

XXXVI. MORBILLOSA.

Synochus contagiosa, cum tussi sicca et dolore oculorum, in qua maculae rubellae, latefcentes, paulum elevatae erumpunt, quae deinceps in tenuissimas squamulas solvuntur.

XXXVII. MILIARIS.

Phricodes, dolor rheumaticus in aliqua corporis parte, aut sensus punctorius in dorso, crure, ac intestinis, aut stupor in digitis, pustulae prurientes milii seminis magnitudine, rubrae vel albae, sero primum limbo, deinceps subalbo perlarum colore non dissimili, plenae, facie intacta, fudor multus foetidus.

XXXVIII. PETECHIALIS.

Febris maligna, exanthemata moribus pulicum fere similia, flavescentia, rubra, vel livida.

XXXIX. SCARLATINA.

Synochos, maculae coccineae crebriores ac latiores, quam morbilli, nodulis subflavis, ad instar capitis acicularum, ornatae, fugaces, in squamulas dehiscences.

XL. URTICATA.

Synochos quotidiana continua mitior, tubercula puncturis urticarum similia, rubra, prominentia, fugacia.

XLI. BULLOSA.

Maligna, vesiculae sero sublimpido repletae, magnitudine nucis avellanae et majores, in variis corporis partibus, facie non excepta, citra cutis inflammationem erumpentes.

XLII. VARICELLA.*

Variolae spuriae; ephemera, pustulae variolae simillimae, prurientes, primo die erumpentes et suppurantes, tertio resiccatae, et in squamulas deciduae, toto morbo intra septem dies ad summum terminato.

XLIII. PEMPHINGODES.

Febris, quae pustulas in ore, phlyctides dictas, generat.

* Haec *Varicella* facillime illudere Medicis sub specie variolosae potest, nisi ad decursum accuratissime attendant; unde dein bis vel ter laborare homines variolis existimantur.

XLIV. A P H T H O S A.

Maligna cum ulcusculis in ore superficialibus, fungosis, mucosis, quas aphthas vocant.

II. I N F L A M M A T O R I Æ.

XLV. P H R E N I S M U S.

Vera inflammatio cerebri aut membranarum ejus; quam ex dolore capitis et vehementi delirio febrili vulgo definiunt, quae signa vero admodum ambigua.

XLVI. C H E M O S I S.

Vehemens adnatae oculorum inflammatio, ut super corneam feratur, acerbus dolor, perversio palpebrarum, cephalalgia, agrypnia.

XLVII. O P H T H A L M I T E S.

Inflammatio interiorum oculi membranarum, et praecipue choroideae; dolor in oculo fere intolerabilis cum febre, cephalalgia, agrypnia, delirio. Vulgo *phlegmone* dicitur.

XLVIII. O T I T E S.

Inflammatio auris internae; dolor immanis

158 GENERA MORBORUM

in aure, febris, cephalalgia, agrypnia, delirium.

XLIX. ANGINA.

Faucium inflammatio; febris continua, respirandi ac deglutiendi difficultas, praefocationis metus.

L. PLEURITIS.

Pleurae inflammatio; febris continua, dolor in latere thoracis pungens, tussis sicca, dyspnoea.

LI. PERIPNEUMONIA.

Pulmonum inflammatio; febris continua, dolor thoracis obtusus, gravativus, tussis humida aliquando cruenta, difficultas anhelitus angustiae.

LII. MEDIASTINA.

Mediaстini inflammatio; febris continua, incendium in thorace, offendiculum quoddam ad sternum in inspiratione, respiratio frequens, tussis cum sputis coloratis, orthopnoea; an semper?

LIII. PERICARDITIS.

Pericardii inflammatio; omnia ut in mediastina, urgente morbo syncope.

LIV. C A R D I T I S.

Cordis inflammatio, symptomata fere ut in peripneumonia, sed graviora, dolor vehemens in regione cordis, palpitatio, pulsus frequens ac inaequalis, hydrophobia ; an semper ?

LV. P A R A P H R E N I T I S.

Diaphragmatis inflammatio ; febris continua, dyspnoea, dolor e regione ventriculi cinguli instar ventrem supra lumbos ambiens, delirium.

LVI. G A S T R I T I S.

Ventriculi inflammatio ; febris, leipyria, dolor et ardor in epigastrio, sitis, vomitus ingestorum, singultus.

LVII. E N T E R I T I S.

Intestini inflammatio ; febris affodes, phricodes, cruciatus ventris intolerabilis, flatuum et stercoreis retentio, aut dysenteria.

LVIII. H E P A T I T I S.

Jecinoris inflammatio ; febris continua hypochondrii dextri dolor tensivus, tussis sicca, icterus, interdum vomitio bilis et per alvum dejectio.

LIX. SPLENITIS.

Lienis inflammatio; febris continua, hypochondrii sinistri distentio atque tumor, dolor pulsans, molestus dexter decubitus.

LX. MESENTERITIS.

Mesenterii inflammatio; febris varia occulta et lenta phricodes aut quotidiana continua, dolor colicae similis, egestionibus chylofae et ichorosae, nullo doloris sensu defluentes.

LXI. OMENTITIS.

Omenti inflammatio; febris continua cum dolore et tumore in regione epigastrica et hypogastrica.

LXII. PERITONITIS.

Peritonaei inflammatio; febris assidua, tumor ventris, et dolor punctorius.

LXIII. MYOCOLITIS.

Musculorum abdominalium inflammatio; symptomata ut in peritonite.

LXIV. PANCREATICA.

Pancreatis inflammatio. Notae deficiunt.

LXV. NEPHRITIS.

Renis inflammatio ; febris acuta, dolor ardens in regione renis, urina pauca, flamma, vel nulla, stupor cruris vicini, dolor testis vicini, ructus, vomitio.

LXVI. CYSTITIS.

Vesicae urinariae inflammatio ; febris levior, hypogastrii dolor ardens, pressorius, frequens meiendi stimulus, ischuria, tenesmus.

LXVII. HYSTERITIS.

Uteri inflammatio ; febris continua, delirium, tumor hypogastrii inflammatorius, dolor in lumbis et inguine.

LXVIII. ERYSIPELACEA.

Ephemera, erysipelatis expulsionem efficiens.

LXIX. PODAGRICA.

Continua, synochos, cum dolentissimo rubore in pede.

LXX. PANARITIA.

Continua, panaritii gravioris comes.

LXXI. CYSSOTIS.

Ani inflammatio, dolor, tenesmus.

III. SYMPTOMATICÆ.

LXXII. APOPLECTICA.

Continua apoplexiæ superveniens.

LXXIII. CATARRHALIS.

Vespertina, catarrhis socia,

LXXIV. RHEUMATICA.

Quotidiana continua rheumatismo juncta,
multus sudor, interdum pustulae purulenta-
tae.

LXXV. HÆMORRHOIDALIS.

Ephemera, dolor spinæ, hæmorrhoides, aut
saltem varices dolentes circa quartum di-
em erumpentes, quo febris finitur.

LXXVI. LACTEA.

Ephemera, aliquot diebus a partu incidens.

LXXVII. VULNERARIA.

Graviori vulnere superveniens.

LXXVIII. SUPPURATORIA.

Partium internarum inflammationibus, dum

in suppurationes transeunt, superveniens,
continua.

LXXIX. L E N T A.

Febricula quotidiana in morbo longo.

LXXX. H E C T I C A.

Quotidiana continua vehementior in morbo
longo, cum sudore colliquativa et phthisi.

II. PROFLUVIA.

I. HÆMORRHAGIÆ.

LXXXI. HÆMORRHAGIA.

Sanguinis e vulnere profusio.

LXXXII. EPISTAXIS.

Sanguinis e naribus profusio.

LXXXIII. HÆMOPTOE.

Sanguinis ex ore et faucibus eruptio.

LXXXIV. HÆMOPTYSIS.

Sanguinis e pulmonibus aut trachea rejectio
per tussim.

LXXXV. STOMACACE.

Gingivarum cruentatio.

LXXXVI. ODONTIRRHOEA.

Sanguinis ex alveolo dentis evulsi eruptio.

LXXXVII. OTORRHOEA.

Sanguinis ex aure effluxus.

LXXXVIII. OPHTHALMORRHAGIA.

Sanguinis ex oculo ejusve cantho aut palpe-
bris eruptio.

LXXXIX. HÆMATEMESIS.

Vomitus cruentus; sanguinis e ventriculo per vomitum rejectio.

XC. HEPATIRRHOEA.

Fluxus hepaticus; diarrhoea aquosa rubella instar loturae carnium recentium.

XCI. CATARRHEXIS.

Sanguinis puri ex alvo profusio.

XCII. HÆMATURIA.

Mictio e renibus cruenta, quae sanguine urinae exquisite permixto perfunditur, ut ea quasi dilutus et tenuis sit sanguis.

XCIII. CYSTIRRHAGIA.

Mictio cruenta e vesica dolorifica, qua sanguis urinam non aequaliter perfundit ac in imo subsidens in grumos concrescit; ejus quoque portio aut grumus interdum citra urinam excidit. *Haemorrhoides vesicae* appellant.

XCIV. STYMATOSIS.

Haemorrhagia penis sine urina, nulloque voluntatis arbitrio.

XCV. HÆMATOPEDESIS.

Sudor sanguineus ; sanguinis tenuis e poris cutis eruptio.

XCVI. MENORRHAGIA.

Sanguinis inordinata et larga ex vulva profusio.

XCVII. ABORTIO.

Sanguinis ex utero gravido profluvium, cum foetu immaturo aut mola subsequente.

II. APOCENOSES.

XCVIII. CATARRHUS.

Tussis frequens, acris, cum raucitate.

XCIX. EPIPHORA.

Lachrymae involuntarium profluvium.

C. CORYZA.

Catarrhus narium cum feri tenuioris destillatione.

CI. OTOPUOSIS.

Puris ex aurē effluxus ; catarrhus auris fordidus.

CII. OTOPLATOS.

Humiditatis olidae retro aurem excretio.

CIII. PTYALISMUS.

Copiosa salivae profusio.

CIV. VOMICA.

Subitanea, copiosa puris aut sanguinis nigri
e pulmonibus rejectio per tussim.

CV. DIARRHOEA.

Copiosum sinceriorum humorum ex alvo pro-
fluvium, sine vehementi sensu doloris.

CVI. PUORRHOEA.

Puris sinceri ex alvo excretio.

CVII. DYSENTERIA.

Frequens, pauca, torminosa ac tenesmodēs
alvi dejectio.

CVIII. LIENTERIA.

Laevitas intestinorum qua, quae per alvum
descendunt, alimentis assumptis substantia
et colore finitima.

CIX. COELIACA.

Laevium aequalium et quasi chyli aut cre-
moris specie dejectio.

CX. CHOLERA.

Vomitūs bilioſi multi alvique dejectiones,
cum periadynia.

CXL. PITUITARIA.

Mera pituitae, loco stercoreis, excretio diuturna, cum contabescencia.

CXII. LEUCORRHOIS.

Pituitae sinceræ et cruentæ ex alvo excretio tenesmodes, periodica.

CXIII. ENEURESIS.

S. incontinentia urinae; mictio urinae involuntaria constans, sine acrimoniae et doloris sensu.

CXIV. DIURESIS.

Immodica urinae prorsus aqueae excretio, in morbo spastico, periodica.

CXV. DIABETES.

Immodicum urinae profluvium diuturnum, sub quo corpus contabescit.

CXVI. PUOTURIA.

Mictio purulenta.

CXVII. CHYLARIA.

Urinae mucosae, albae, paucae, et quasi verminosae, excretio. *Glus Linn.*

CXVIII. GONORRHOEA.

Invita feminis, liquoris, prostaticarum, ichoris,

citra venerem, citra libidinis infomnia, citraque colis tentiginem, profusio.

CXIX. LEUCORRHOEA.

Fluor albus ; nimia muci aut ichoris ex vulva profusio.

CXX. EXONEIROSIS.

Pollutio; involuntaria, at jucunda feminis ex rigido cole profusio.

CXXI. HYDROPEDESIS.

Sudor immodicus.

CXXII. GALACTIA.

Laëtis ex mammis stillicidium.

CXXIII. HYPERCATHARSIS.

Immodica purgatio ex operatione violentioris medicamenti colliquantis, urentis, stimulantis.

CXXIV. ECPHYSE.

Flatuum ex urethra aut uteri vagina eruptio.

CXXV. DYSODIA.

Exhalatio foetida ex toto corpore aut ejus parte.

III. EPISCHESES.

CXXVI. GRAVEDO.

Catarrhus narium impeditus cum carebaria,
voce haud bene sonora, spiritu nonnihil
difficili, qui nec nisi hiante ori duci potest.

CXXVII. FLATULENTIA.

Flatuum impedita supra infraque expulsio,
cum intumescencia ventris.

CXXVIII. OBSTIPATIO.

Stercoris excretio impedita.

CXXIX. ISCHURIA.

Urinae suppressio.

CXXX. AMENORRHOEA.

Menstrui sanguinis ex utero fluxus, ex toto
vel ex parte cohibitus.

CXXXI. DYSLOCHIA.

Lochiorum suppressio aut imminutio.

CXXXII. DEUTERIA.

Secundinarum retentio.

CXXXIII. AGALAXIS.

Lactis defectus.

IV. D O L O R E S.

CXXXIV. A N X I E T A S.

Molesta sensatio circa praecordia, quae praesentem rerum statum fastidit.

CXXXV. B L E S T R I S M U S.

Incontinens corporis jactatio et inquietudo.

CXXXVI. P R U R I T U S.

Dolorifica voluptas in cute, hominem ad scalpendum excitans.

CXXXVII. C A T A P S Y X I S.

Sensus frigoris dolorificus in parte musculosa aut cutanea.

CXXXVIII. R H E U M A T I S M U S.

Cutis et musculorum dolor. *Lumbago, ischias, glossagra, et pleurodyne Sauvag.* sunt species.

CXXXIX. A R T H R I T I S.

Articulorum dolor; cujus species *chiragra et gonagra.*

CXL. C E P H A L A L G I A.

Capitis dolor brevis.

CXLI. C E P H A L Æ A.

Capitis dolor longus.

CXLII. C L A V U S.

Capitis dolor in vertice cum sensu frigoris.

CXLIII. H E M I C R A N I A.

Capitis dolor tensivus alterutrum ejus latus occupans.

CXLIV. C A R E B A R I A.

Molestia capitis velut gravitas quaedam.

CXLV. O D O N T A L G I A.

Dolor dentium.

CXLVI. H Æ M O D I A.

Dentium stupor cum dolore.

CXLVII. O D A X I S M U S.

Gingivaram dolor infantilis in dentitione.

CXLVIII. O T A L G I A.

Dolor auris internae et externae.

CXLIX. A C A T A P O S I S.

Deglutitio difficilis.

CL. C I O N I S.

Dolorifica uvulae crassities.

CLI. HIMANTOSIS.

Ejusdem solito major longitudo et gracilitas.

CLII. CARDIOGMUS.

Anxietas cordis dolorifica, cum sensu ponderis et pulsatione.

CLIII. MASTODYNIA.

Mammarum dolor.

CLIV. SODA.

Dolor urens calidus e ventriculo in fauces affurgens.

CLV. PERIADYNIA.

Ventriculi dolor.

CLVI. PNEUMATOSIS.

Dolorifica ventriculi a flatibus distentio.

CLVII. CARDIALGIA.

Ventriculi dolor vehemens spasticus, cum nausea saepeque vomitu.

CLVIII. ENCAUSIS.

Ardor in stomacho cum inextinguibili siti.

CLIX. NAUSEA.

Inani vomendi desiderium.

174 G E N E R A M O R B O R U M

CLX. C O L I C A.

Dolor spasticus intestinorum cum obstipatione, nausea, et vomitu.

CLXI. E I L E M A.

Dolor in intestino fixus velut clavi muro impacti.

CLXII. I L E U S.

Colica acuta cum vomitu demum excrementorum.

CLXIII. S T R A N G U R I A.

Urinae densae rubrae mictio parca, frequens, ardore in urethra excepta.

CLXIV. D Y S U R I A.

Urinae stillicidium dolorificum citra ardorem in urethra.

CLXV. L I T H I A S I S.

Difficilis mictio a calculo in organis uropoeticis, cum arenulis in urina subsidentibus.

CLXVI. T E N E S M U S.

Impetuosa, dolorifica desidendi cupiditas, qua nihil praeter pauca mucosa et cruenta egeritur.

CLXVII. CLUNESIA.

Dolor in podice. *Proctica Sauvages.* et *Linn.*

CLXVIII. CEDMA.

Dolor in partibus genitalibus. *Pudendagra Linn.*

CLXIX. HYSTERALGIA.

Dolor ventris parturientium similis.

CLXX. DYSMENORRHOEA.

Profluvium sanguinis uterini menstruum dolorificum.

CLXXI. DYSTOCIA.

Partus laboriosus, difficilis.

CLXXII. ATOCIA.

Partus difficillimus, qui sine arte prorsus ab-
solvi non potest.

CLXXIII. PRIAPISMUS.

Colis erectio dolorifica permanens, citra libi-
dinis stimulum.

CLXXIV. PSORIASIS.

Durities scroti cum intensa prurigine, et in-
terdum quoque exulceratione.

CLXXV. PODAGRA.

Dolor rheumatico-arthriticus in pede acutus.

CLXXVI. OSTEOCOPUS.

Dolor in osse fixus.

CLXXVII. PSOPHOS.

Strepitus ossium.

CLXXVIII. VOLATICA.

Dolor per tractum majorum cutis vasorum
oberrans.

CLXXIX. EPIPHLOGISMA.

Ardor alicujus partis velut a pruna obortus.

In aure dicitur *Pyrosis*.

V. S P A S M I.

CLXXX. T E T A N U S.

Totius corporis aut solius cervicis distentio rigida, dolorifica, acuta, qua flecti haud possit.

CLXXXI. O P I S T H O T O N U S.

Eadem distentio, sed qua corpus in posteriora curvatur.

CLXXXII. E P I S T H O T O N U S.

Eadem, sed qua corpus in anteriora curvatur.

CLXXXIII. C A T O C H U S.

Tetanus cum privatione sensuum.

CLXXXIV. T R E M O R.

Levior totius corporis aut membri singularis concussio, sine frigoris sensu.

CLXXXV. F R I G U S.

Cum extremae partes membrorum inalgescunt.

CLXXXVI. H O R R O R.

Totius corporis albor cum tremore.

CLXXXVII. R I G O R.

Idem et violentior cum trismo et sensu frigoris in interioribus partibus.

CLXXXVIII. E P I L E P S I A.

Agitatio convulsiva universalis, chronica, periodica, cum oppressione sensoriorum, exituque spumae ex ore.

CLXXXIX. E C L A M P S I A.

Epilepsia acuta.

CXC. H I E R A N O S O S.

Agitatio corporis vel artuum convulsiva, continua, chronica, cum integritate sensuum.

CXCI. C O N V U L S I O.

Agitatio corporis vel artuum violenta, periodica, cum integritate sensuum.

CXCH. R A P H A N I A *Linn.*

Convulsio cum spastica articularum contractione et dolore immani, periodica.

CXCH. C H O R E A.

Convulsio saltatoria aut procursiva. *Tarantismus* est species.

CXCIV. CRAMPUS.

Digitorum manuum pedumque, aut crurum
extensio vel contractio violenta, dolorifi-
ca, brevis.

CXCV. SCELOTYRBE.

Immanis continuaque crurum contractio et
obrigescentia.

CXCVI. ANGONE.

Faucium praefocatio acuta, sine inflammati-
one. *Angina convulsiva et Suffocatio hy-*
sterica ejus sunt species.

CXCVII. GLOSSOCELE.

Linguae violenta, acuta, extrusio.

CXCVIII. GLOSSOCOMA.

Linguae violenta, acuta, revulsio.

CXCIX. HIPPOS.

Oculorum constans agitatio ; malum ab ortu
contractum.

CC. ILLOSIS.

Oculorum perversio acuta.

CCI. CINCLESIS.

Palpebrarum nictitatio perpetua.

CCII. CATACLASIS.

Alterutrius oculi occlusio spastica, acuta.

CCIII. CILLOSIS.

Cilii superioris perpetuus tremor.

CCIV. STERNUTATIO.

Membranae narium agitatio convulsiva, impetuofam aëris inspirationem, similemque mox expulſionem per nares cum ſtrepitu inducens.

CCV. TUSSIS.

Convulsiva et sonora aëris e pulmonibus expulſio.

CCVI. CLAMOR.

Vocis anxia exaltatio.

CCVII. TRISMUS.

Stridor dentium inter ſe colliforum.

CCVIII. CAPISTRUM, *f. Spasmus Maxillae inferioris.*

Immobilitas ejus, qua os arcte clauditur.

CCIX. SARDIASIS, *f. Spasmus Cynicus.*

Spasmus muscutorum faciei et oris, quo in obliquum torquentur.

CCX. GELASMUS, *f. Rîsus Sardoniûs.*

Involuntarius rîsus, sub quo animus non gaudio, sed dolore atque iracundia plerumque effertur.

CCXI. INCUBUS.

Suffocatio in infomnio terrifico, respirationem offendens, vocemque intercipient.

CCXII. SINGULTUS.

Inspiratio convulsiva subitanea velocissima, sonora recurrens.

CCXIII. PALPITATIO.

Cordis, visceris, musculi, tendinis, arteriaeve, temporaria agitatio.

CCXIV. VOMITUS.

Violenta contentorum in ventriculo per os rejectio.

CCXV. RUCTUS.

Violenta flatus ventriculi inclusi per os explosio.

CCXVI. RUMINATIO.

Cum cibus e ventriculo in os vicissim masti-

candus iterumque deglutiendus, citra voluntatem, impellitur.

CCXVII. OESOPHAGISMUS, *f. Spasmus Oesophagi.*

Ciborum deglutitorum in oesophago subsistentium remora dolorifica.

CCXVIII. HYPOCHONDRIASIS.

Anxietas praecordialis, cum spasmodicis ventriculi ac intestinorum, variisque congestionibus conjuncta, chronica.

CCXIX. HYSTERIA.

Eadem in mulieribus.

CCXX. PHLOGOSIS, *f. Aestus volaticus.*

Subitus fugaxque aestus cum rubore faciei.

CCXXI. DIGITIUM.

Primae phalangis digitorum invita et constans incurvatio.

VI. A D Y N A M I Æ.

CCXXII. L A S S I T U D O.

Ingrata et gravativa sensatio impotentiae ad motum.

CCXXIII. A S T H E N I A.

Languor aut debilitas corporis.

CCXXIV. T O R P O R.

Sensus motusque imminutus in parte carnea.

CCXXV. A D Y N A M I A.

Impotentia, qua se aegri nullo modo movere aut in lecto erigere possunt.

CCXXVI. P A R A L Y S I S.

Sensus motusve aut utriusque defectus in singulari parte externa.

CCXXVII. P A R A P L E G I A.

Omnium partium sub collo, aut saltem medii corporis artuumque inferiorum paralysis.

CCXXVIII. HEMIPLEGIA.

Paralyſis alterutrius lateris.

CCXXIX. APOPLEXIA.

Subita functionum animalium ceſſatio, cum ſtertore et magno pulſu.

CCXXX. CATALEPSIS, *f. Catoche.*

Subita functionum animalium ceſſatio, in qua correptus vigilantis formam figuramque retinet, articuliſque eum ſitum, qui iſtis datur.

CCXXXI. CARUS.

Veternus ſopor, liberam reſpirationem ſine ſtertore conſervans, ex quo aegri vix excitantur.

CCXXXII. COMA, *f. Cataphora.*

Sopor in quo aegri vellicati evigilant, et mox in ipſum relabuntur.

CCXXXIII. SOMNOLENTIA.

Inclinatio in ſomnum juſto major.

CCXXXIV. HYPOPHASIS.

Albi oculorum inter dormiendum ſubapparitio.

CCXXXV. P T O S I S.

Impotentia attollendi palpebram superiorem.

CCXXXVI. A M B L Y O P I A.

Visus imbecillitas integro oculo.

CCXXXVII. M Y D R I A S I S.

Pupillae dilatatio, quae visioni nocet.

CCXXXVIII. A M A U R O S I S.

Coecitas sine sensibili oculorum labe, praeter mydriasin.

CCXXXIX. C A T A R A C T A.

Coecitas cum obscurata lente, retro pupillam conspicua.

CCXL. S Y N I Z E S I S.

Coecitas cum pupillae coalitione.

CCXLI. G L A U C O M A.

Coecitas turbatis humoribus et oculo flaccido.

CCXLII. A C H L Y S.

Corneae obscuritas, visum imminuens aut tollens.

CCXLIII. N Y C T A L O P I A.

Visus noctu saltem contingens.

CCXLIV. HEMERALOPIA.

Visus noctu abolitus.

CCXLV. HEMALOPIA.

Visus dimidiatus.

CCXLVI. DYSICOIA.

Imbecillitas auditus.

CCXLVII. SURDITAS.

Auditus abolitus.

CCXLVIII. ANOSMIA.

Odoratus abolitus.

CCXLIX. APOGEUSIS.

Gustus abolitus.

CCL. ASAPHIA.

Vocis obscuritas.

CCLI. CLANGOR.

Vox acuta cum stridore.

CCLII. RAUCITAS.

Vox aspera et obscura, quae vix nisi a prope
adstantibus exaudiri potest.

CCLIII. APHONIA.

Vocis privatio.

CCLIV. LEPTOPHONIA.

Vitium vocis nimium gracilis.

CCLV. OXYPHONIA.

Vox acuta, qualis edi solet cum ejulatu et planctu.

CCLVI. RHENOPHONIA.

Vox nasalis, quae ex naribus haud simul editur.

CCLVII. MUTITAS.

Loquellae privatio.

CCLVIII. TRAULOTIS, *Blaefitas*,

Vitiosa literarum f et r pronuntiatio.

CCLIX. PSELLOTIS, *Balbuties*.

Cum inter pronunciandum aut litera aut syllaba aufertur et eliditur.

CCLX. ISCHNOPHONIA.

Vitium pronuntiationis, quo syllaba syllabae cito copulari non potest.

CCLXI. BATTARISMUS.

Vitium pronuntiationis, quo sermo praecipitatur, unaque syllaba aliquoties cum celeritate repetitur.

CCLXII. SUSPIRIUM.

Inspiratio lenta, profunda, gemebunda.

CCLXIII. OSCITATIO.

Inspiratio tarda, profunda, aperto ore.

CCLXIV. PANDICULATIO.

Oscitatio cum artuum extensione.

CCLXV. APNOEA.

Respiratio adeo rara et parva, ut plane spiritus periisse videatur.

CCLXVI. MACROPNOEA.

Respiratio per longa intervalla contingens.

CCLXVII. DYSPNOEA.

Respirandi difficultas continua, levior.

CCLXVIII. ASTHMA.

Respiratio difficilis periodica, chronica, cum sensu angustiae in faucibus.

CCLXIX. ORTHOPNOEA.

Respiratio suffocatoria acuta, non nisi erecto cervice peragenda.

CCLXX. PNIGMA, *Catarrhus suffocativus.*

Difficillima respiratio, cum subitanea sensuum

motusque interceptione, stertore, pulsuque intermittente.

CCLXXI. RENCHUS, f. *Stertor*.

Sonus ex naribus editus.

CCLXXII. RHOCHMOS, f. *Ronchus*.

Sonus stertorosus intra fauces.

CCLXXIII. LIPOTHYMIA.

Subita sensus motusque interceptio, cum sudore frigido, tinnitu aurium, pulsu ac respiratione debili.

CCLXXIV. SYNCOPÉ.

Eadem gravior, nullo pulsu, nulla respiratione perceptibili, abolitoque omni sensu, et extincto calore.

CCLXXV. ASPHYXIA.

Abolitio pulsus.

CCLXXVI. APEPSIA.

Concoctionis ciborum in ventriculo privatio.

CCLXXVII. DYSPEPSIA.

Tarda difficilisque concoctio.

CCLXXVIII. DIAPHTHORA.

Ciborum corruptio in ventriculo.

CCLXXIX. ANOREXIA.

Inappetentia sine fastidio ciborum.

CCLXXX. ANATROPE.

Inappetentia nauseabunda.

CCLXXXI. ADIPSIA.

Sitis defectus.

CCLXXXII. ACYISIS.

Sterilitas muliebris ; conceptionis defectus.

CCLXXXIII. AGENESIA.

Rei venereae impotentia in viro ; libidinis defectus.

CCLXXXIV. ANODYNIA.

Doloris defectus.

VII. HYPERÆSTHISES.

CCLXXXV. ANTIPATHIA.

Certarum rerum visu, olfactu, aut gustu percipiendarum, talis averfatio, ut ex earundem perceptione gravia symptomata inducantur.

CCLXXXVI. AGRYPNIA.

Somni defectus.

CCLXXXVII. PHANTASMA.

Perceptio corporum ante oculos obversantium, quae non adfunt.

CCLXXXVIII. CALIGO.

Qua subito visui omnia nigra se repraesentant.

CCLXXXIX. HÆMALOPIA;

Qua omnia rubra apparent.

CCXC. MARMARYGE.

Fulgor ante oculos corruscans.

CCXCI. DYSOPIA.

Vifus duplicatus.

CCXCII. SUSURRUS.

Soni non existentis perceptio.

CCXCIII. VERTIGO.

Imaginatio, qua omnia homini cum femet-
ipfo circumagi videntur.

CCXCIV. APOGEUSIA.

Sapor in ore depravatus.

CCXCV. POLYDIPSIA.

Continuum potus defiderium.

CCXCVI. BULIMUS.

Vehemens fames, cum lipothymia.

CCXCVII. ADDEPHAGIA.

Voracitas.

CCXCVIII. CYNOREXIA.

Fames canina; addephagia cum vomitu sub-
fequente.

CCXCIX. ALLOTRIOPHAGIA.

Rerum non efculentarum devoratio arbitra-
ria.

CCC. M A L A C I A.

Earundem anxia appetentia.

CCCI. P I C A.

Certi cibi assumendi, aut rei olfaciendae vehementem desiderium.

CCCII. B O M B U S.

Murmur ex flatibus, quod auribus percipitur.

CCCIII. C E L S A.

Sensus flatus, vaporis, aut formicarum oberantium subter cute.

VIII. CACHEXIÆ.

CCCIV. CACHEXIA.

Corpus grave atque iners, colore pallido squalidum.

CCCV. CHLOROSIS.

Cachexia in virginibus, colore ex pallido virescente.

CCCVI. ICTERUS.

Cachexia cum flavo cutis colore, urina obscure rubra, tingente immixta lintheamina colore croceo.

CCCVII. MELANCHLORUS.

Cachexia cum subnigro cutis colore, urina de nativo flatu haud decedente.

CCCVIII. ATROPHIA.

Extenuatio corporis, aut partis ejus, sine febre lenta et hectica.

CCCIX. TABES.

Extenuatio corporis cum febre lenta vel hectica, at sine dyspnoea et tussi.

CCCX. P H T H I S I S.

Extenuatio corporis cum febre lenta vel hectica, dyspnoea, et tussi *.

CCCXI. H Y D R O T H O R A X.

Cachexia cum dyspnoea et effusione aquae intra pectus, strepitum concussione intus facientis.

CCCXII. R A C H I T I S.

Atrophia infantum cum epiphygium protuberantia.

CCCXIII. A N A S A R C A.

Totius corporis intumescentia, aquosa, mollis, digiti impressi vestigium aliquamdiu retinens, cum pallore cutis.

CCCXIV. A S C I T E S.

Tumor abdominis, scroti, et crurum aquosus, cum atrophia superiorum partium. Abdomen impulsus sonum collectae permotaeque intus aquae praebet.

* In *atrophia* sola pinguedo absumitur, nec aequè restituitur; in *tabe* et *ptihisi* caro simul minuitur.

196 GENERA MORBORUM

CCCXV. HYDROCYSTIS.

Hydrops faccatus pleurae, peritonaei, aut
visceris abdominalis.

CCCXVI. TYMPANITES.

Tumor abdominis renitens, pulsatione soni-
tum edens, cum obstipatione et atrophia.

CCCXVII. HYSTEROPHYSE.

Tumor hypogastrii ab utero flatu distento.

CCCXVIII. SCORBUTUS.

Cachexia cum lassitudine, maculis artuum li-
vidis, stomacace, ulceribus.

CCCXIX. SIPHYLIS.

Cachexia contagiosa ex contagio venereo,
cum tumoribus ossium et ulceribus fauci-
um partiumque obscoenarum, praegressis
plerumque bubonibus aut gonorrhoea.

CCCXX. LEPROA *Graecorum, s. Psora.*

Pertinacissima scabies totius corporis vel par-
tis, sicca, dura, aspera, serpentibus pustu-
lis furfuracea.

CCCXXI. ELEPHANTIASIS, f. *Lepra Arabum.*

Mutatio cutis in tumores lividos, dueros, fanieniem foetidam crustosam emanantes.

CCCXXII. ELEPHANTIA *Arabum.*

Eadem duntaxat in pede valde tumido et duro.

CCCXXIII. PLICA, f. *Rhopalosis.*

Vitium capillorum capitis aut pubis, quo ab humore glutinoso ita in cirrhos contorquentur, ut explicari nullo modo possint.

CCCXXIV. PHTHIRIASIS.

Morbus pedicularis, quo pediculi variis in corporis partibus copiose emergunt.

CCCXXV. PHYSCONIA.

Intumescentia abdominis longa, a magnitudine habituve visceris mutato.

CCCXXVI. PARACYISIS.

Graviditas a natura abhorrens retardatione aut alieno situ foetus extra uterum.

198 GENERA MORBORUM

CCCXXVII. GANGRÆNA.

Inflammatae partis livor et mortificatio foetida, cum pustulis ichorosis ; sensus doloris hebes.

CCCXXVIII. SPHACELUS.

Perfecta mortificatio, qua pars sensum motum et innatum calorem tota amisit, fitque prorsus nigra, mollis, putris, et cadaverosa.

IX. P A R A N O I Æ.

CCCXXIX. A T H Y M I A.

Animi abjectio, consternatio, tristitia, desperatio.

CCCXXX. D E L I R I U M, *Paraphrosyne*.

Mentis alienatio in febre haud constans, nec furibunda. *Carpologia* ejus est species.

CCCXXXI. M A N I A.

Infania longa, ridicula aut furibunda. *Furorem uterinum* et *satyriasm* pro speciebus habeo.

CCCXXXII. M E L A N C H O L I A.

Infania longa cum moestitia ac timore. *Noſtalgia* ejus species est.

CCCXXXIII. E C S T A S I S.

Infania, quae brevi tempore durat.

CCCXXXIV. E C P L E X I S.

Excessus mentis, qui ex repentina aliqua perturbatione ab externa causa affertur.

CCCXXXV. E N T H U S I A S M U S.

Est veluti cum quidam in sacris faciendis

mente capiuntur, si qua viderint audiverintve.

CCCXXXVI. STUPIDITAS, *Morosis, Fatuitas.*

Mentis imminuta et infirmata functio, seu quaedam ignavia, citra delirium et soporem.

CCCXXXVII. A M E N T I A, *Anoia.*

Imaginationis vel mentis occasus atque privatio, qua jam ab ipso ortu affecti vix mentis inopia loqui discunt.

CCCXXXVIII. O B L I V I O.

Memoriae privatio.

CCCXXXIX. S O M N I U M.

Visum, quod in somno occurrit, tanquam verum sit existimatum. *Pavor* ejus est species.

CCCXL. H Y P N O B A T A S I S.

Somnium in quo homo assurgit, ambulat, et diversa vigilantium opera exercet.

X. V I T I A.

I. I N F L A M M A T I O N E S.

CCCXLI. O P H T H A L M I A.

Inflammatiō albi oculorum.

CCCXLII. B L E P H A R O T I S.

Inflammatiō palpebrarum.

CCCXLIII. E R Y S I P E L A S.

Inflammatiō lata cutis, quae splendet et leviter ac aequaliter tumet.

CCCXLIV. H I E R O P Y R.

Erysipelas cum eminentibus ardentibus pustulis. *Zoster* dicitur, si abdominis cutem occupat.

CCCXLV. P A R O N Y C H I A.

Inflammatiō dolorifica in summitate digitorum.

CCCXLVI. O N Y C H I A.

Inflammatiō digiti lateralis ab ungue profundius in cutem demerso.

CCCXLVII. E N C A U S I S.

Inflammatiō cutis ab uſione.

CCCXLVIII. P H I M O S I S.

Inflammatiō, aut oedematodes tumor praeputii, quo glans nudari non poteſt.

CCCXLIX. P A R A P H I M O S I S.

Inflammatiō praeputii, retro glandem adducti, ut eam tegere non poſſit.

CCCL. P E R N I O.

Cutis rubor ardens, pruriens, a frigore; in exulcerationem tendens.

II. T U M O R E S.

CCCLI. P H L E G M O N E.

Tumor dolens renitens inflammatorius cum rubore, ovi ſaltem gallinacei magnitudine.

CCCLII. F U R U N C U L U S.

Tuberculum acutum apoſtematodes, ovum columbinum magnitudine non excedens.

CCCLIII. A N T H R A X.

Quaſi malignus furunculus, qui partem mox

adurit, pustulas circum se ardentissimas ci-
et, tandem crusta nigra vel cinerea obduci-
tur, et corruptae carnis lobum excutit,
qua excidente ulcus cavum sordidumque
manet.

CCCLIV. A B S C E S S U S.

Collectae in inflammato loco materiae in
pus aut in alienam substantiam conversio.

CCCLV. O N Y X.

Abscessus inter corneae laminas.

CCCLVI. H I P P O P Y O N.

Abscessus intra oculum.

CCCLVII. P H Y G E T H L O N.

Phlegmone in glandulis emergens.

CCCLVIII. E M P Y E M A.

Abscessus in thorace, latus aut partem ejus
in tumorem attollens, cum febre hectica,
praegressa pleuritide vel peripneumonia.

CCCLIX. P H Y M A.

Tumor glandularum, simplici phlegmone at-
que phygethlo minor, planior, minusque
rubens ac dolens.

CCCLX. ECTHYMATA.

Tubercula ex cute subito erumpentia, modo colorem cutis non excedentia, modo rubra fugacissima.

CCCLXI. URTICARIA.

Tubercula puncturis urticarum similia, rubra, prurientia, fugacia, acuta.

CCCLXII. PARULIS.

Tuberculum dolens inflammatum in gingivis.

CCCLXIII. EPULIS.

Tuberculum in gingivis sine inflammatione.

CCCLXIV. ANCHYLOPS.

Tumor durus inflammatorius apothematodes in cantho oculi interno.

CCCLXV. PARAGLOSSA.

Lingua tumida.

CCCLXVI. CHILON.

Labium tumidum et inflammatum.

CCCLXVII. SCROFULA.

Tumor glandularum colli et mesenterii indolens obduratus.

CCCLXVIII. B U B O N.

Tumor glandulae inguinalis.

CCCLXIX. B R O N C H O C E L E.

Tumor glandulae thyreoideae.

CCCLXX. P A R O T I S.

Tumor glandulae ejusdem nominis.

CCCLXXI. G O N G R O N A.

Collum tumidum.

CCCLXXII. S P A R G A N O S I S.

Tumor mammarum in lactantibus a lactis
copia.

CCCLXXIII. C O I L I M A.

Intumescencia abdominis subita, flatulenta.

CCCLXXIV. S C I R R H U S.

Tumor durus, indolens, concolor, renitens.

CCCLXXV. C A N C E R.

Tumor durus, dolore lancinante gravis, inae-
qualis, livescens aut nigricans.

CCCLXXVI. S A R C O M A.

Carnis incrementum tuberculi tumorisve
specie.

206 G E N E R A M O R B O R U M

CCCLXXVII. P O L Y P U S.

Sarcoma intra nares, praelongum, pluribus
 appendicibus adherens.

CCCLXXVIII. C O N D Y L O M A.

Tuberculum durum, pene indolens in ani
 margine. Ejus species *Ficus* et *Thymus* a
 figura ita dictae.

CCCLXXIX. G A N G L I O N.

Tumor durus, concolor, indolens tendini in-
 fidens.

CCCLXXX. R A N U L A, *Batrachus*.

Tumor ad frenulum linguae folliculosus, ma-
 teriam spissam aut tofaceam complexus.

CCCLXXXI. T E R M I N T H U S.

Tuberculum rotundum, nigrum, praesertim
 in tibiis enascens, humorum glutinosum
 et subrubrum exulceratione emittens.

CCCLXXXII. O E D E M A.

Tumor frigidus, laxus, mollis, indolens,
 circumscriptus aut diffusus, pressio digito
 cedens.

CCCLXXXIII. ENCEPHALOCLE.

Cerebrum per hiatum calvae extrorsum emi-
nens.

CCCLXXXIV. HYDROCEPHALUM.

Capitis monstrosus tumor a collecta aqua in
cute aut subter calvaria.

CCCLXXXV. HYDROPTHALMIA

Totius oculi tumor cum aliquo dolore, adeo
ut is palpebris operiri non possit.

CCCLXXXVI. SPINA *bifida*.

Tumor aquosus exiguus, in nucha aut infe-
riore spinæ loco, posterioribus vertebra-
rum dehiscentibus processibus emergens.

CCCLXXXVII. HYDROMPHALUS.

Tumor umbilici ab humore in eodem confi-
stente.

CCCLXXXVIII. HYDROCELE.

Tumor tunicarum, quibus testis comprehen-
ditur, aquosus.

CCCLXXXIX. HYDROPS, *Scroti*.

Tumor tunicae scroti cellulosa aquosus.

CCCXC. S T E A T I T E S.

Abdominis intumescencia pinguedinosa, graviditatem mentiens.

CCCXCI. P N E U M A T O S I S.

Totius corporis intumescencia a flatu.

CCCXCII. E M P H Y S E M A.

Tumor mollis, frigidus, in singulari parte ab aëre cellulofam cutis habitum ingresso formatus.

CCCXCIII. H Y S T E R O P T O S I S.

Uteri vel vaginae procidentia, protuberantiam intra aut extra vaginam faciens.

CCCXCIV. C Y S T O P T O S I S.

Membranae vesicae urinariae interioris protuberantia extra urethram.

CCCXCV. A R C H O P T O M A.

Intestini recti procidentia.

CCCXCVI. B U B O N O C E L E.

Tumor in inguine ex annulo musculi obliqui ab ingresso intestino omentove, vel utroque conjunctim.

CCCXCVII. OSCHEOCELE.

Idem in scroto tumor.

CCCXCVIII. OMPHALOCELE.

Idem ex umbilico.

CCCXCIX. MEROCELE.

Tumor ab intestino infra ligamentum Poupartii elapso.

CCCC. ENTEROCELE, *Ovularis*.

Hernia intestinalis foraminis ovalis, in superiori et interna femoris parte prope perinaeum.

CCCCI. ISCHIATOCELE.

Tumor ab intestino per hiatus intra ligamenta sacro-ischiatica elapso.

CCCCII. ELYTROCELE.

Hernia in vagina uteri eminens.

CCCCIII. HYPOGASTROCELE.

Hernia intestini ventralis.

CCCCIV. CYSTOCELE.

Prominentia vesicae per musculi obliqui anulum, sub qua urina nonnisi pressio exterius tumore redditur.

CCCCV. CYRTOMA.

Tumor particularis abdominis a flatibus.

CCCCVI. HYDRENTEROCELE.

Tumor ex hernioso et hydropico compositus.

CCCCVII. VARIX.

Tumor venae mollis, lividus, aut niger.

CCCCVIII. ANEURISMA.

Tumor arteriae mollis et pulsans.

CCCCIX. CIRSOCELE.

Tumor arteriarum venarumque spermaticarum inaequalis, renitens.

CCCCX. GASTROCELE.

Hernia ventriculi; tumor inter cartilaginem xiphoiden et umbilicum inque ipso illo, post partum auctus, dolore stomachi, vomitionibusque stipatus.

CCCCXI. HEPATOCELE.

Hernia ab hepate facta ventralis, vel umbilicalis congenita.

CCCCXII. SPLENOCELE.

Hernia a liene, ventralis aut inguinalis,

CCCCXIII. HYSTEROCELE.

Hernia uteri ventralis vel inguinalis.

CCCCXIV. HYGROCIRSOCELE.

Aquosus et varicosus tumor vasorum testis.

CCCCXV. SARCOCELE.

Testis sarcoma aut scirrhus.

CCCCXVI. PHYSOCELE.

Tumor a flatu herniam mentiens.

CCCCXVII. EXOSTOSIS.

Tumor in osse circumscriptus.

CCCCXVIII. HYPEROSTOSIS.

Tumor totius ossis.

CCCCXIX. PÆDARTHROCACE.

Tumor ossis, dolore gravis, in exulcerationem tendens.

CCCCXX. ENCYSTIS.

Tumor frigidus, indolens, membrana inclusus, et materiam spissam complexus. *Atheroma, Steatoma, Testudo, talpa, Meliceris* ejus species.

CCCCXXI. STAPHYLOMA.

Protuberantia corneae obfcuratae.

CCCCXXII. STAPHYLOSIS.

Procidencia uveae ex cornea difrupta.

CCCCXXIII. FUNGUS.

Tumor ad articulum mollis, oedematodes.

CCCCXXIV. TOFUS.

Tuberculum ad articulum, tofaceam materi-
am complexum, in morbo articulari.

CCCCXXV. FLEMEN.

Tumor pedis circa talos.

III. EXTUBERANTIÆ*.

CCCCXXVI. VERRUCA.

Tuberculum fupra cutim durum, afperum,
fessile vel penfile. Unde fpecies *Acrobor-*
don, *Acrothymium*, *Myrmaecium*.

CCCCXXVII. PORRUS.

Verruca in obfcoenis mollis, madida, tactu
dolens.

* Extuberantiae fupra cutim eminent; tumores intra
aut fubter eam exiftunt.

CCCCXXVIII. C L A V U S.

Tuberculum album, rotundum, callosum, in digitis plantisque pedum.

CCCCXXIX. C A L L U S, *f. Tylloma.*

1. Obdurata summa cutis ex labore in palmis aut pedum plantis. 2. Tunica pallida, dura, quae sine sensu est, in ulcere.

CCCCXXX. E N C A N T H I S.

Intumescencia carunculæ lācrymalis.

CCCCXXXI. P L A D A R O T I S.

Tuberculum fungosum, molle in interiori palpebra.

CCCCXXXII. P I N N U L A.

Excrefcentia corneae tunicae inhaerescens.

CCCCXXXIII. P T E R Y G I U M.

Excrefcentia, membranulae forma, rubra supra album oculi.

CCCCXXXIV. H O R D E O L U M, *Crithe.*

Tuberculum calidum in abscessum fere desinens, quod e palpebrae margine atque e cilio prorumpit.

214 GENERA MORBORUM

CCCCXXXV. GRAND O.

Tuberculum durum, palpebrae fere superiori innascens.

CCCCXXXVI. VARUS, *Ionthos*,

Tuberculum in facie durum, exiguum, rubrum, fere callosum, dispersum, multiplex.

CCCCXXXVII. GUTTA, *Rosacea*.

Varus quasi confluens, cum rubedine aspera maculosa.

CCCCXXXVIII. EPHELIS.

Asperitas quaedam et durities mali coloris in facie.

CCCCXXXIX. ESOCHE.

Tuberculum intus in ano latens.

CCCCXL. EXOCHE.

Idem foris eminens

IV. PUSTULÆ et PAPULÆ.

CCCCXLI. EPINYCTIS.

Pustula ardens alba, subrubra aut sublivida, sanie subcruenta repleta, ciceris aut fabae

magnitudine, circa quam vehemens inflammatio et dolor.

CCCCXLII. P H L Y C T Æ N A.

Pustula subflavo humore distenta, lucida, illi similis, quae ab ambustione erumpit, non manifesto dolens. In capite *Psydracium* vocatur.

CCCCXLIII. H E R P E S, *Serpigo*.

Papula ardens, cutem serpentibus minimis pustulis erodens. *Purpura scorbutica*, quam vocant, verissima *serpigo* est.

CCCCXLIV. S C A B I E S.

Durities cutis rubicundior, ex qua pustulae oriuntur, quaedam humidiores, quaedam ficciores, saniem rodentem, exulcerantem, crustas formantem, et contagiosam complexae.

CCCCXLV. A Q U U L A.

Pustula palpebrarum, vel pinguis quaedam materia, cuti earundem substrata.

CCCCXLVI. H Y D R O A, *Boa, Sudamina*.

Pustulae milii magnitudine, aquosae sine ru-

bore et sine ullo dolore, ex sudoribus repente sparsim toto corpore emergentes.

CCCCXLVII. VARIOLA.

Pustula purulenta ex macula rubra in syncho emergens, contagiosa.

CCCCXLVIII. VARICELLA.

Pustula similis acuta, ex macula rubra in ephemera erumpens, non contagiosa.

CCCCXLIX. PURPURA.

Pustula pruriens, seminis milii magnitudine, rubra vel alba, lucida, acuta.

CCCCL. ENCAUMA, *Phlyzacion*.

Pustula ab ustione contracta.

V. MACULÆ.

CCCCLI. ECCHYMOMA.

Macula a sanguine per cutem quasi effuso livida vel nigra. Illa *Pelioma*, haec *Melasma* speciatim dicitur.

CCCCLII. PETECHIÆ.

Maculae pulicum morsui similes, magnitudi-

ne et colore, interdum tamen etiam lividae in febre acuta.

CCCCLIII. MORBILLI.

Maculae acutae, rubellae, latefcentes, et plerumque confluentes, inque squamas defluentes, in febre acuta.

CCCCLIV. SCARLATÆ.

Maculae latiores ac rubicundiores quam morbilli, subflavis nodulis ornatae, in febre acuta.

CCCCLV. LENTIGO.

Macula lentis magnitudine fusca, multiplex, in facie potissimum et in manibus emergens.

CCCCLVI. URTICARIA.

Maculae subtumidae, rubentes, prurientes, fugaces.

CCCCLVII. STIGMA.

Macula coloris coccinei.

CCCCLVIII. VIBEX.

Linea coccinea, qualis relinquitur e flagellis,

CCCCLIX. VITILIGO.

Macula foeda, fere subaspera, dispersa, fer-
pens, alba (*Alphos*) aut nigra (*Melas*).

CCCCLX. L E U C E.

Alphos in qua albi et lanugini similes pili.

CCCCLXI. C Y A S M A.

Macula fusca in fronte, labiis, aut manibus
gravidarum.

CCCCLXII. L I C H E N, *Impetigo*.

Macula subrubra aspera, dura, sicca, cum in-
genti prurigine.

CCCCLXIII. S E L I N E.

Macula alba in ungue.

CCCCLXIV. N E B U L A.

Macula alba in cornea.

VI. D I S S O L U T I O N E S.

1. *Apospasmata*

CCCCLXV. V U L N U S.

Solutio partis solidae, mollis a causa mecha-
nica, cum effluxu sanguinis.

CCCCLXVI. R U P T U R A.

Solutio partis solidae, mollis, internae, ab interna causa, cum haemorrhagia.

CCCCLXVII. R H A G A S.

Solutio cutis linearis arida.

CCCCLXVIII. F R A C T U R A.

Dissolutio ossis transversa aut obliqua.

CCCCLXIX. F I S S U R A.

Eadem recta, et ut ligni in longitudinem.

CCCCLXX. P L I C A T I O.

Ossium longorum concussio et contorsio citra fracturam.

CCCCLXXI. T H L A S I S.

Calvaria depressa citra fracturam.

CCCCLXXII. L U X A T I O.

Dimotio ossis ex articulo suo perfecta.

CCCCLXXIII. S U B L U X A T I O.

Cum os ab osse paulum recedit, eaque inter se dehiscunt.

CCCCLXXIV. D I A C H A L A S I S.

Suturae dimotio.

220 GENERA MORBORUM

CCCCLXXV. ATTRITIO, *Ecthyma*.

Diffolutio cuticulae et cutis a compressione.

CCCCLXXVI. PORRIGO, *Pityriasis*.

Resolutio cutis in tenues squamulas, deciduas.

CCCCLXXVII. APOSYRMA.

Cutis abrasio, dilaceratio.

CCCCLXXVIII. ANAPLEUSIS.

Offis corrupti squamula.

CCCCLXXIX. SPASMA.

Species solutionis continui tendinum, ligamentorum, citra rupturam, membri mobilitatem dolorificam inducens.

CCCCLXXX. CONTUSIO.

Cutis musculorumque conquassatio dolorifica, plerumque cum ecchymomate, at citra vulnus aut substantiae manifestam deperditionem.

CCCCLXXXI. DIABROSIS.

Erosio cutis a re acri et mordaci interna vel externa.

CCCCLXXXII. AGOMPHIASIS.

Dentium vacillatio.

CCCCLXXXIII. ESCHARA.

Cutis pars dehiscens a viva carne, et in crustam emortuam mutata.

CCCCLXXXIV. PIPTONYCHIA.

Unguis destructio et casus.

2. *Exulcerationes.*

CCCCLXXXV. CACOETHES.

Ulcus fere magnum oris tumentibus atque callofis.

CCCCLXXXVI. THERIOMA.

Ulcus in quo caro computrescit, atque mollis et cadaverosa reddita tetrum odorem exhalat.

CCCCLXXXVII. CARCINOMA.

Cancri conversio in ulcus, quod nigrum est, putridum, deterrimi odoris, et vehementer dolet.

222 G E N E R A M O R B O R U M

CCCCLXXXVIII. P H A G E D Æ N A.

Ulcus serpens, sed solam cutem rodens ac depascens.

CCCCLXXXIX. N O M A.

Ulcus quod non afflictam tantum partem, sed et vicinas exedit et absumit.

CCCCCC. S Y C O S I S.

Ulcus, in quo multa caro excrescit.

CCCCXCI. F I S T U L A.

Ulcus altum, angustum, callosum.

CCCCXCII. S I N U S.

Ulcus altum, quod ab angusto ore orsum intus curvatum ampliatur, sine callo.

CCCCXCIII. C A R I E S.

Ulcus in osse cum substantiae et periostei corruptione, qua os spongiosum et friabile redditur.

CCCCXCIV. A C H O R E S.

Ulcuscula capitis manantia, plurimis ac minimis foraminulis, unde tenuis et glutinosa sanies exit, cutem perforantia.

CCCCXCV. CRUSTA *lactea*.

Achores in facie.

CCCCXCVI. FAVUS, *Cerion*.

Ulcus multis foraminibus, sed majoribus ac in achore, pervium, ex quibus melli similis humor exit. Frequentius in capite, rarius in partibus musculosis, articulis, et plantis pedum, oritur.

CCCCXCVII. TINEA.

Ulcus capitis, quod densissimam, durissimam aridissimamque crustam facit, serpens, pilis abbreviatis.

CCCCXCVIII. ARGEMON.

Exulceratio in cornea.

CCCCXCIX. ÆGILOPS.

Anchilops in ulcus conversum.

D. OZÆNA.

Ulcus narium putridum, e quo graveolens mucus exstillat.

224 GENERA MORBORUM

DI. APHTHÆ.

Ulcera oris aut pudendorum, superficialia, mucosa.

DII. INTERTRIGO.

Excoriatio cutis madens ac rubens, a sudoris vel urinae acrimonia.

DIII. RHACOSIS.

Excoriatio scroti laxati.

VII. CONCRETIONES.

DIV. ANCYLOBLEPHARON.

Palpebrarum inter se conglutinatio.

DV. SYNIZESIS.

Pupillae concretio.

DVI. DACRYOMA.

Punctorum lacrymalium coalitus.

DVII. ANCYLOGLOSSUM.

Linguae concretio cum partibus subiectis, loquelam, suctum, deglutitionemque impediens.

DVIII. A N C Y L O S I S.

Articulorum rigor, quo flexus eorundem aut
extensio prohibetur.

DIX. C I C A T R I X.

Callus a conglutinato vulnere ulcereve relic-
tus. *Leucoma* in cornea dicitur.

DX. D A C T Y L I O N.

Digitorum concretio.

E t

XI. DEFORMITATES.

DXI. PHOXOS.

Cui caput acuminatum et fastigiatum.

DXII. GIBBER.

Protuberantia spinæ dorsalis, omoplatae, os-
sumve thoracis. Ejus species *Cyphosis*,
Lordosis, *Scoliosis*, et *Seisis*.

DXIII. CAPUT *obstipum*.

Incurvatio colli.

DXIV. STRABISMUS.

Oculorum distortio et inaequalis motus.

DXV. MYOPIASIS.

Qua propinqua cernimus, remota vel parum
vel nihil omnino.

DXVI. LAGOPHTHALMUS.

Vitium superioris palpebrae, si illa parum de-
scendit, oculumque non claudit.

DXVII. TRICHIASIS.

Obversio ciliorum ad oculum.

DXVIII. ECTROPIUM.

Vitium palpebrae inferioris, quo parum sursum attollitur, sed hiat, aut extrorsum eversa est.

DXIX. ENTROPIUM.

Palpebrae inferioris inversio introrsum.

DXX. RHOEAS.

Defectus carunculae lacrymalis, epiphoram faciens.

DXXI. RHYSEMATA.

Rugae et sordes, quae in senili facie cernuntur.

DXXII. LAGOCHEILOS, *Labium leporinum.*

Divisum semel vel bis labium.

DXXIII. MALACOSTEON.

Offium mollities.

DXXIV. HIRSUTIES.

Praeternaturalis pilorum in parte generatio.

DXXV. CANITIES.

Capillorum color albus ante legitimam aetatem.

232 GENERA MORBORUM

DXXVI. DISTRIX.

Exilitas pilorum, modum excedens.

DXXVII. XIRASIA.

Lanuginosa pilorum superficies, quasi pulvere
sint conspersi.

DXXVIII. PHALACROTIS.

Pilorum casus, qui tabescentibus et ex mor-
bo graviore convalescentibus evenit.

DXXIX. ALOPECIA.

Pilorum defluvium, aream relinquens. *Ophi-*
asis ejus species, item *Calvities* et *Pelada*.

DXXX. MADAROSIS.

Ciliorum defluvium.

DXXXI. PTILOSIS.

Eadem cum duritie callosa palpebrarum.

DXXXII. RODATIO.

Ciliorum decurtatio.

DXXXIII. PHALANGOSIS.

Ciliorum duplex vel triplex acies.

DXXXIV. COLOBOMA.

Defectus particulae in parte aliqua corporis.

DXXXV. CERCOSIS.

Clitoris praelonga.

DXXXVI. CHOLOSIS.

Claudicatio, quando crus vel longius vel brevius fit.

DXXXVII. GRYPOSIS.

Unguium aduncatio.

DXXXVIII. NÆVUS.

Tuberculum, maculave congenita.

DXXXIX. MONSTROSITAS.

Deformitas multiplex congenita.

DXL. POLYSARCIA.

Corpulentia excedens.

DXLI. ISCHNOTIS.

Excessiva corporis gracilitas.

DXLII. RHICNOSIS.

Cutis corrugatio cum extenuatione corporis.

DXLIII. VARUS.

Cui crura introrsum versa.

234 GENERA MORBORUM

DXLIV. VALGUS.

Cui crura extrorsum distorta.

DXLV. LEIOPODES, *Plancus,*
Plautus.

Cui pedum medium ab interiori parte non
est cavum, sed planum,

DXLVI. APELLA.

Cui praeputium citra inflammationem ita
contractum est, ut glandem non tegat.

DXLVII. HYPOSPADIÆOS.

Cui glans non antice, sed inferne sub frenu-
lo perforata.

DXLVIII. URORHOEAS.

Cui urina ex urethra in perinaeo exesa ef-
fluit.

DXLIX. ATRETA:

Cujus anus aut naturalia occlusa.

DL. SANIODES.

Cui thorax tabulae ritu est angustus.

DLI. CRIPSORCHIS.

Cujus unus testis aut ambo absconditi,

DLII. HERMAPHRODITUS.

Cui vitiosa naturalium conformatio, ita ut utriusque sexus adesse videantur.

DLIII. DIONYSISCUS.

Cui prope tempora duae eminentiae osseae, quasi cornua, nascuntur.

DLIV. ARTETISCUS.

Qui membri alicujus defectum patitur.

DLV. NEFRENDIS.

Qui dentibus caret.

DLVI. SPANOPOGON.

Qui raram habet barbam, et cui e mento piluli excidunt.

DLVII. HYPERARTETISCUS.

Cui membrum aliquod superfluum.

DLVIII. GALIANCON.

Cui brachium altero brevis.

DLIX. GALBULUS.

Cui flavedo corporis congenita.

DLX. MOLA.

Massa carnea, fibrosa, vasculosa, ex utero excreta. Ovum deforme.

Nec silentio prorsus transeunda sunt vitia quaedam occulta, quae non nisi in cadaverum sectione se offerunt; velut hydrops pericardii, concretiones viscerum, ossescentiae cartilaginum, membranarum, muscutorumque, varices venarum majorum, hydatides, polypi cordis et vasorum, positura viscerum perversa, bullae aëreae in venis et pulmonum superficie, aneurismata aortae, angustiae praeternaturales vasorum et ductuum, ipsorumque concretiones.

PARS QUARTA.

S Y S T E M A

M O R B O R U M

S Y M P T O M A T I C U M,

A U T O R E

CLAR. JO. BAPT. MICH. SAGAR,

MED. DOCT, &c. &c.

Viennæ 1776.

G g

CLAVIS CLASSIUM ET ORDINUM.

CLASSIS I. VITIA.

Symptomata externa levidentia, palpabilia,
absque notabili cachexia, pyrexia.

- ORDO I. MACULÆ.
II. EFFLORESCENTIÆ.
III. PHYMATA.
IV. EXCRESCENTIÆ.
V. CYSTIDES.
VI. ECTOPIÆ.
VII. DEFORMITATES.

CL. II. PLAGÆ.

Continui solutiones, morbi proprie chirurgici per sæpe sat graves.

- O. I. SOLUTIONES recentes plerumque cruentae.
II. SOLUTIONES artificiales recentes cruentae.
III. SOLUTIONES incruentae.
IV. SOLUTIONES anomalae.

CL. III. CACHEXIAE.

Coloris, figurae, molis, in corporis habitu
fine notabili febre, depravatio.

- O. I. MACIES.
- II. INTUMESCENTIÆ.
- III. HYDROPE PARTIALES.
- IV. TUBERA.
- V. IMPETIGINES.
- VI. ICTERITIÆ.
- VII. CACHEXIÆ ANOMALÆ.

CL. IV. DOLORES,

Sensationes molestae ad febres non referendae.

- O. I. DOLORES VAGI.
- II. DOLORES CAPITIS.
- III. DOLORES PECTORIS.
- IV. DOLORES ABDOMINIS.
- V. DOLORES EXTER-
NARUM.

CL. V. FLUXUS.

Exitus infolitus cujusvis solidi, vel fluidi,
e corpore est character hujus classis.

O. I. SANGUIFLUXUS.

II. ALVIFLUXUS sanguinolenti.

III. ALVIFLUXUS non sanguinolenti.

IV. SERIFLUXUS.

V. AERIFLUXUS.

CL. VI. SUPPRESSIONES.

Meatuum impeditio, hinc excretionum con-
fuetarum in sanitate retentio.

O. I. SUPPRESSIONES egerendorum.

II. SUPPRESSIONES ingerendorum.

III. SUPPRESSIONES imi ventris.

CL. VII. SPASMI.

Contractio invita constans, vel interpolata
musculorum motum localem efficientium.

O. I. SPASMI TONICI PARTIALES.

II. SPASMI TONICI GENERALES.

III. SPASMI CLONICI PARTIALES.

IV. SPASMI CLONICI GENERALES.

CL. VIII. ANHELATIONES.

Motus spasmodici iterati, defatigantes, pectoris cum respiratione sonora, molesta, absque pyrexia notabili.

O. I. ANHELATIONES SPASMODICÆ.

II. ANHELATIONES OPPRESSIVÆ.

CL. IX. DEBILITATES.

Impotentia sentiendi, appetendi, imaginandi, organa artusque movendi more ad sanitatem necessario.

O. I. DYSÆSTHESIÆ.

II. ANEPITHYMIÆ.

III. DYSCINESIÆ.

IV. LEIPOPSYCHIÆ.

V. COMATA.

CL. X. EXANTHEMATA.

Febris cum efflorescentia cutis varia maculosa, pustulosa, phlyctænoidea, et asthenia.

O. I. EXANTHEMATA contagiosa

II. EXANTHEMATA non contagiosa.

CL. XI. PHLEGMASIAE.

Febris cum pulsu duro, dolore topico, inflammatione partis externae vel internae, sanguine misso crusta inflammatoria tecto, urina plus tincta.

- O. I. PHLEGMASIAE musculosae.
- II. PHLEGMASIAE membranaceae.
- III. PHLEGMASIAE parenchymatosae,

CL. XII. FEBRES.

Frigus, calor, pulsus frequens, respiratio aucta, viribus artuum imminutis, depravatis, vel viribus vitalibus pulsu et respiratione vix mutatis, virium artuum summa prostratio.

- O. I. FEBRES CONTINUAE.
- II. FEBRES REMITTENTES.
- III. FEBRES INTERMITTENTES.

CL. XIII. VESANIAE.

Error mentis in imaginatione, appetitu, iudicio, aut memoria.

O. I. HALLUCINATIONES.

II. MOROSITATES.

III. DELIRIA.

IV. VESANIÆ ANOMALÆ.

H h

CLASSIS I.

ORDO I. MACULAE.

Mutationes coloris nativi.

GENUS I. LEUCOMA. 1

Macula corneae pelluciditatem vitians, opacans.

G. II. VITILIGO. 2

Macula corymbosa cum cutis depressione, locum fixum non servans in quo nascatur.

G. III. EPHELIS. 3

Maculae umbrinae glabrae, corymbosae, raro partes tectas afficientes, acquisitae.

G. IV. NÆVUS. 4

Macula congenita eminens, vel non, supra libellam cutis.

G. V. ECCHYMOMA. 5

Est macula nigricans, vel atro-rubra, caerulea, livescens, in gilvum successive desinens colorem, nata a sanguine in adiposam sub cute effuso.

O. II. EFFLORESCENTIAE.

Aspredines, cum cuticulae elevatione ultra libellam cutis humorales, exiguae, gregales, absque pyrexia.

6 G. VI. PUSTULA.

Phyma aut vesicula colorata suppurans, diametri linearis, fastigiata, pure dehiscens, quandoque in crustam abiens ; est seu *furunculus* linearis diametri.

7 G. VII. PAPULA.

Phyma parvulum seu efflorescentia desquamanda, nec suppurans.

8 G. VIII. PHLYCTHÆNA.

Vesicula parva fluido seroso plena, quae deinde sponte rumpitur et fundit serum.

9 G. IX. BACCHIA.

Maculae rubrae, vel efflorescentiae nasi et partium adjacentium eidem, guttatae plus, minus prominentes, asperae, furfurascennes, diuturnae ; hoc genus ambigit inter maculas et efflorescentias.

G. X. V A R U S. 10

Tumor pisi magnitudine plerumque sat durus, non suppurandus, aut desquamandus, pertinax in glandulis sebaceis. L.

G. XI. H E R P E S. 11

Papularum prurientium corymbus in squamas furfuraceas fatifcentium.

G. XII. E P I N Y C T I S. 12

Phlycthaenarum atro-rubrarum congeries, maxime in tibiis, noctu potissimum acriter prurientium.

G. XIII. H E M E R O P A T H O S. 13

Papulae rutilae crura obsidentes, extra lectum illico apparentes, importune prurientes, in lecto evanescentes, diuturnae.

G. XIV. P S Y D R A C I A. 14

Efflorescentia erysipelatosa absque febre notabili.

G. XV. H Y D R O A. 15

Exanthemata granis milii magnitudine et forma similia subito exorta, phlycthaenoides, fugacia, absque asthenia, pyrexia, et

praegressa oppreffione praecordiorum, miliaria multis habita.

O. III. P H Y M A T A.

Tumores humorales folitarii.

16 G. XVI. E R Y T H E M A.

Phyma rubrum calens, diffusum, fine febre.

17 G. XVII. O E D E M A.

Phyma album, frigidum, indolens, molle foveam ex preffione fervans plerumque.

18 G. XVIII. E M P H Y S E M A.

Phyma cuti concolor elasticum, ex preffione aut percuffione crepitans.

19 G. XIX. S C I R R H U S.

Phyma durum, indolens, gravans, frigidum, in partibus glandulosis enatum, dum externum cuti quoque concolor observatur.

20 G. XX. I N F L A M M A T I O.

Est tumor sphaeroideus rubore, calore, tensione, dolore pulsatili insignis, solitarius,

plerumque sat extensus, in suppurationem sponte vergens ; erysipelas non suppurat, et phlegmone habet semper pyrexiam conjunctam manifestam ; inflammatio saepius in phlegmone transit, vel phlegmone est gradus major inflammationis.

G. XXI. B U B O. 21

Phyma scirrhuso-phlegmonoideum in glandulis inguinalibus.

G. XXII. P A R O T I S. 22

Tumor scirrhuso-phlegmonoideus parotidis glandulae, in suppurationem lentissime vergens.

G. XXIII. F U R U N C U L U S. 23

Tumor inflammatorius cutaneus, seu subcutaneus, prominens, profunde ruber, sphaeroideus, cujus centrum occupat vortex fibrosus digere nescius ; ordinario juglandis habet magnitudinem.

G. XXIV. A N T H R A X. 24

Phyma apice gangraenosum, et in radio inflammatum.

25 G. XXV. CANCER.

Phyma scirrhum lancinans, vel phyma lancinans venis varicosis profunde rubris, nigris, lividis oblitum, cinctum, facile sanguinantibus.

26 G. XXVI. PARONYCHIA.

Inflammatorius tumor extremi digiti, cum dolore saepius perterebrante, calore, tensione, et subinde cum rubore.

27 G. XXVII. PHIMOSIS.

Tumor fere semper inflammatorius praeputii glandem incarcerans, aut excludens ad coronam hancce vinciendo.

O. IV. EXCRESCENTIÆ.

Tumores a solidis adauctis per succum nutritium copiosorem advectum, &c. in hos conversum.

28 G. XXVIII. SARCOMA.

Excrementia carnis consistentiam fere habens, plerumque rubra,

G. XXIX. CONDYLOMA.

29

Est excrescentia eminens, vel non eminens, firmior carnibus et cute, mollior contra ossibus, non elastica.

G. XXX. VERRUCA.

30

Excrescentia cutanea prominens, vix sensibilis, indolens, praerupta seu aspera superficie.

G. XXXI. PTERYGIUM.

31

Est excrescentia carnea, vel membranaceo-vasculosa ad oculi canthum in globo oculi exorta, alam expansam utcunque referens, versusve corneam sese extendens, crescens.

G. XXXII. HORDEOLUM.

32

Tumor durus, aut excrescentia plus, minus mollis, plerumque cuti concolor, ferme sensu carens, in limbo palpebrarum enata, magnitudine saepius granum hordei vel pisi aequans.

G. XXXIII. TRACHELOPHYMA.

33

Est tumor varius, non purulentus, neve inflammatorius, anticae partis colli.

34 G. XXXIV. EXOSTOSIS.

Tumor. ossis partialis, vel aliquando totius ossis, ut subinde in minoribus fit, ad ossa accedens.

O. V. CYSTIDES.

Tumores capsulati fluido referti.

35 G. XXXV. ANEURYSMA.

Cystis arteriosa cruore referta, ex pulsu et situ noscenda.

36 G. XXXVI. VARIX.

Dilatatio venae rubra, nigrescens, ad pressionem recedens, iterumque subito rediens hac cessante, plerumque pruriens, mordicans.

37 G. XXXVII. MARISCA.

Tumor in margine ani, ex sanguine in textum vasorum minimorum varicosorum effuso efformatus, ruber, dolens, variae formae et magnitudinis. Vide Haemorrhoidem. L.

G. XXXVIII. HYDATIS.

38

Cystis lymphæductuum dilatatorum, lympham vel serum continens.

G. XXXIX. STAPHYLOMA.

39

Cystis corneae, ex dilatatione ejusdem, ectopia uveae in cameram oculi anteriorem prolapsae; hoc genus magis ad Ectopias spectat. Vide Caliginem. L.

G. XL. LUPIA.

40

Est cystis materiem pultis, vel mellis consistentiam referentem continens, haud purulentam, indolens, cuti concolor, loco mobilis.

G. XLI. HYDARTHROS.

41

Hydrops vel in capsula articulari, vel in cellulis vicinis, haud in tunica propria; tumor est fluctuans sine coloris mutatione, pulsatione.

G. XLII. APOSTEMA.

42

Cystis purulenta, vel ichoroso-purulenta; noscitur ex fluctuatione, praegressa inflammatione, albedine, remissione doloris et pulsationis.

43 G. XLIII. EXOMPHALUS.

Cystis umbilicalis, fluido quopiam repleta,
absque ectopia.

44 G. XLIV. OSCHEOPHYMA.

Cystis scroti variis fluidis turgens.

O. VI. ECTOPIAE.

Partium solidarum e sua sede dimotio, sensibus obvia, continentibus has relaxatis.

45 G. XLV. EXOPHTHALMIA.

Ectopia oculi.

46 G. XLVI. BLEPHAROPTOSIS.

Est palpebrae utriusque, vel alterutrius, morbosa elongatio, retractio, intro vel extra versio, cum symptomatis cuique ectopiae propriis.

47 G. XLVII. HYPOSTAPHYLE.

Est procidentia seu elongatio uvulae relaxatae, inflammatae, ulceratae, incrassatae, attenuatae, vel bicornis.

48 G. XLVIII. PARAGLOSSA.

Est linguae magnitudo minuta, vel aucta; vel plane soluto, aut elongato frenulo, in fauces ejusdem revolutio.

G. XLIX. PROPTOMA. 49

Est procidentia appendicum externarum insolita et morbosa, diversa a praedictis.

G. L. EXANIA. 50

Sphincteris ani, vel et intestini recti inverfi procidentia extuberans, rubra, reducibilis semper extra strangulationem.

G. LI. EXOCYSTIS. 51

Vesicae inverfa membrana interior, soluta a reliquis per urethram foras pendet, et en exocystis !

G. LII. HYSTEROPTOSIS. 52

Est uteri procidentia tumorem sistens in vagina, vel quandoque extra genitalia pendentem, undique liberum, menses stillantem, saltem initio reponibilem, cum doloribus hypogastrii, inguinum, urinae difficultate, animi deliquiis; haec omnia tactus obstetricius definit.

G. LIII. COLPOPTOSIS. 53

Tumor in sinu muliebri, vel extra pendens, annularis, mollis, perforatus (prolabitur subinde una tantum ruga vaginae) per quod foramen digitus immissus altius

orificium uteri, utrumque in sua quasi sede absque colpocele deprehendit, reponibilis; torquet insuper ægram dysuria, tenesmus.

54 G. LIV. GASTROCELE.

Est tumor in scrobiculo cordis vulgo dicto, vel ad minus supra umbilicum insolitus, herniosus, ventriculū, aut alia viscera illapsa, continens, cuti concolor, reponibilis, in decubitu dorsali sponte recedens, indolens, ex relaxatione integumentorum, undecunque orta natus, vomitum caussans.

55 G. LV. OMPHALOCELE.

Tumor herniosus ad umbilicum, reponibilis, cuti concolor, indolens plerumque, ex relaxatione integumentorum et peritonæi natus, varia viscera continens.

56 G. LVI. LAPAROCELE.

Tumor herniosus, ventralis seu abdominalis, in quocunque loco abdominis aliis herniis non dicato.

57 G. LVII. MEROCELE.

Tumor herniosus, in suprema et anteriore parte femoris, ad exitum vasorum cruralium

in foeminis praecipue observabilis, proprietates herniarum habens ; vidi merocelen etiam in viro.

G. LVIII. BUBONOCELE.

58

Tumor herniosus emergens per annulum vatorum spermaticorum, sensim enatus, cuti concolor et indolens, absente strangulatione.

G. LIX. OPODEOCELE.

59

Est tumor herniosus in summo femine adlatus, genitalium egrediens per sinuositatem ossis ischii superiorem, vasis transmittendis dicatam ; in foeminis prope alterum vulvae labium visitur haec ectopia ; reponibilis, cuti concolor, mollis ; dum parvus est tumor, vix observatur, subin est elasticus.

T. I. Auctorum chirurgicorum Paris. p. 709. consule L.

G. LX. ISCHIOCELE.

60

Est hernia emergens per incisuram ossis sacri, seu hiatum inter os sacrum et tuber ossis ischii, decubitu prono reponibilis ; rarum genus, et sat adhuc obscurum.

61 G. LXI. COLPOCELE.

Est tumor herniosus in vagina emergens, reponibilis, in decubitu supino natibus elevatis sponte recedens plerumque, indolens, absque signis aliorum tumorum qui hic enasci solent.

62 G. LXII. PERINÆOCELE.

Tumor herniosus in perinaeo ad unam vel alteram, aut plane utramque, ut vidi in parvula puella, partem, raphes, mollis, reponibilis, cuti concolor; subin est effectus dystociae; species hujus generis vesicalis, intestinalis, omentalis, patent una cum therapeia ex prioribus.

63 G. LXIII. PERITONÆORIXIS.

Sunt herniae omnes jam descriptae ob rupturam peritonaei natae; rixis vero peritonaei signa sunt, crepitus in violentia aliqua majore peritonaecum lacerante, herniae alicujus subita et magna protuberantia, eruptio; dolor in loco rixis major aut minor; species sunt hujus generis tot, quot genera jam numeravi herniarum. Hernia est extensio praeternaturalis peritonaei et integumentorum cavum formans;

recipiens viscera adjacentia; praeter praedictas hernias dantur herniarum varietates: Sic dantur herniae partiales intestinales, ubi media pars fistulae intestinalis cavum herniosum ingreditur, altera parte libera in abdomine manente; dantur herniae accretae, in quo casu pars illapsa cavi herniosi peritoneaeo accrescit; cavum herniosum quandoque praeter viscera illapsa liquorem in abdomine collectum continet; saepius quoque partes cavum herniosum ingressae incarcerantur a spastice contracto annulo, unde ileus nascitur, quem vide suo loco. Peritoneorixis pertinet quidem ad rupturam; sed, propter affinitatem ejusdem cum herniis, hic eandem subjunxi.

G. LXIV. ENCEPHALOCELE.

64

Est cerebri, aut cerebelli, vel utriusque simul, per hiatus ossium cranii necdum sat cohaerentium, ectopia herniosa, relaxata pariter lamina utraque durae matris et piaae externa tenuissima pellucida; symptomata subin non magna, subin contra gravissima causans.

65 G. LXV. HYSTEROLOXIA.

Est uteri gravidi, vel non gravidi, in abdomine situs seu directio aberrans a directione naturali axeos suae, noscenda ex orificii uterini directione mutata, palpo externo abdominis, tum aliis symptomatis inconluetis ; ut ichuria, dysuria, enuresi, obstipatione, &c.

66 G. LXVI. PARORCHIDIUM.

Est testiculi unius, vel utriusque, a situ naturali aberratio.

67 G. LXVII. EXARTHREMA.

Est separatio contigui in ossium articulis per diarthrosin combinatorum, noscenda ex impotentia ad motum, mutatione nativae conformationis, dolore, protuberantia insolita, cavitate, musculorum tensione, conversione artus, accurtatione membri, vel prolongatione.

68 G. LXVIII. DIASTASIS.

Ossium recessus junctorum per raphen, harmoniam, synchondrosin, aut syndesmosin, cognoscibilis cavitate insolita uno in loco, in altero vero tumore, mutatione positu-

rae, et reliquis symptomatis oculo et tactui patentibus.

G. LXIX. LOXARTHROSUS. 69

Est ossium articulorum situs relativus in alienum constanter mutatus, seu obliquitas respectiva persistens citra exarthrema et spasimum: Vide Subluxationem et Distorsionem.

G. LXX. GIBBOSITAS. 70

Est ossium pectus, vel pelvim componentium indecora prominentia a tumore, luxatione, diastasi, torsione, pressione, aut alio principio nata.

G. LXXI. LORDOSIS. 71

Ossium longiorum fistulosorum circa medium inflexio, incurvatio, ectopia a linea recta.

O. VII. DEFORMITATES

Sunt vitia quae vix sanitatem laedunt.

G. LXXII. LAGOSTOMA. 72

Labium oris fissum.

264 SYSTEMA MORBORUM

73 G. LXXIII. A P E L L A.

Est praeputii, vel alterius appendicis mollis, brevitās, parvitas.

74 G. LXXIV. P O L Y M E R I S M A.

Partium numerum ordinarium excessus.

75 G. LXXV. E P I D O S I S.

Appendicum mollium incrementum incon-
fuetum sanum : Species sunt penes prae-
longi, auriculae pendentes, praeputia lon-
gissima, clitorismus, caro pubis foemina-
rum Africanarum, nafones, labia tumida
oris, &c.

76 G. LXXVI. A N C H Y L O M E R I S M A.

Est partium concretio.

77 G. LXXVII. H I R S U T I E S.

Pili copiosiores, longiores, vel in locis ubi
non solent crescere obvii, dant ideam hu-
jus generis.

C L A S S I S II.

P L A G Æ.

CHAR. CLASSIS. Continui solutiones, morbi proprie chirurgici per sæpe fat graves.

ORDO I. SOLUTIONES

Recentes, quasi semper cruentae.

G. I. VULNUS.

78

Est continui solutio molli in parte hians, labiata, cruenta, ab instrumento mechanico scindente facta; corneae vulnus cruorem non fundit.

G. II. PUNCTURA.

79

Continui solutio intus extensa tantum, eaque instrumento pungente facta casualiter.

G. III. SCLOPETOPLAGA.

80

Est vulnus a glandibus e bombardis, aut sclopetis explosis illatum, vaginatum, decursum glandis designans, oblongum, vexatum.

G. IV. MORSUS.

81

Est plaga recens, quam animalia dentibus inferunt mordendo.

82 G. V. EXCORIATIO.

Est epidermidis a cute, vel cutis a carnibus separatio, detractio.

83 G. VI. CONTUSIO.

Est partis cujuscunque mollis, vel solidae, in minimis vasculis, fibris attritio, fractio, solutio.

84 G. VII. RUPTURA.

Membranarum, tendinum, aut ligamentorum dialysis per tensionem facta, vires horum excedentem: Consule chirurgos et de utero rupto Cl. Henricum Crantz, ingenii excitatissimi virum; huc pertinet peritonaeorixis.

O. II. SOLUTIONES

Recentes, cruentae, et artificiales.

85 G. VIII. OPERATIO.

Est studiosa solutio continui ad aliquid eximendum, ut lithotomia; operatio reipsa est vulnus studiosa et dextra manu factum chirurgi, morbum relinquens hujus classis.

G. IX. AMPUTATIO. 86

Vulnus detruncatione partis totalis factum.

G. X. SUTURA. 87

Est, studiosis puncturis mediante acu factis, filisque per puncturas trajectis, solutorum mollium contractio, adductio; futura sicca fit emplastris, quae huc non spectat, quum non sit plaga.

G. XI. PARACENTESIS. 88

Est artificialis punctura in aliquod cavum corporis, plerumque acu triquetra cannulata facta.

O. III. SOLUTIONES

Incruentae, nec ad priores referendae, pus, faniem, cariem, &c. sistentes.

G. XII. ULCUS. 89

Est vulnus suppuratum partis mollis, vel solutio continui mollis antiqua, pus, ichorem, aut faniem quamcumque alens, fundens.

90 G. XIII. EXULCERATIO.

Est excoriatio suppurans, seu ulcus superficiale, reliqua, quae ad hoc genus spectare videntur, ex ulcere patent.

91 G. XIV. FISTULA.

Est ulcus cortice calloso vaginatum, ore angustatum, oblongum.

92 G. XV. SINUS.

Est cavitas ulcerosa ampla, saepe multiplex, ore angusto non calloso, vel plane nullo donata.

93 G. XVI. ESCHARA.

Crusta mortua sicca partis mollis saepius causticis facta est eschara, sensus et vitae expers.

94 G. XVII. CARIES.

Offis erosio cava, aspera, perioestio denudata, plerumque nigra; unde os evadit fragile, friabile, vel exfoliabile: Species numerat hoc genus sequentes; est nimirum caries sicca, humida, exfoliabilis, syphilitica, scorbutica, scrophulosa, variolosa.

G. XVIII. ARTHROCACE. 95

Ulcus medullae ab interioribus sponte natum, cum ossis carie, exostosi, et per saepe dolore; species numerat hoc genus fere totidem quot caries; vulgo vocatur spina ventosa: Consule super hac Petit de morbis ossium.

O. IV. SOLUTIONES

Anomaliae, quae prioribus includi renuunt.

G. XIX. RHAGAS. 96

Est solutio continui sicca in partium mollium marginibus, ut labiis oris; species includit Rhagas veneream, malignam, pestiferam, frambaesiacam, ulcerosam, benignam, lixiviam, glaciam, &c.

G. XX. AMBUSTIO. 97

Est plaga a flamma ignis, corporibusque ex igne candentibus, liquidis ferventibus, aut radiis solis in focus coactis, nostro corpori illata, succedentibus phaenigmo, phlycthaenis, vel eschara.

98 G. XXI. FRACTURA.

Est divisio ossium in fragmenta separabilia.

99 G. XXII. FISSURA.

Divisio ossium rimam referens, haecceve
non penitus separans.

CLASSIS III.

O. I. MACIES.

Diminutio voluminis corporis ex consumptione pinguedinis, vel sanguinis defectu.

G. I. T A B E S. 100

Est macilentia universalis, cum pyrexia lenta et habituali, citra tussim purisve anacatharsin.

G. II. P H T H I S I S. 101

Corporis emaciatio, cum amphimerina lenta, tussi, dyspnoea, et ut plurimum puris sputo: Ab initio rarius in phthisi adest puris sputum, in Statu contra et fine semper. Quid est proprie pus?

G. III. A T R O P H I A. 102

Est macies sine tussi, anacatharsi, et febre notabili; raro equidem est atrophia sine omni febricula. Consule definitionem febris.

G. IV. H A E M A T A P O R I A. 103

Macies seu cachexia ex inopia sanguinis. Descriptio: Virium debilitas, pertinax au-

rium sibilus, anorexia, facies lurida, epidermo tecta, pallidissima, alvi fluxus, diabetes, sudores profusi, lipothymiae, tibiae tumidae, subin hydrothorax his succedens, vigiliae, suspiria, animi abjectio, moeror, mortis timor, urina pallida, venae abditae, pulsus vacuus, sanguinis profluvia praegressa, sunt signa haemataporiae; aliquando aër evolutus locum sanguinis in vasis occupat.

104 G. V. ARIDURA.

Macies, exsiccatio unius tantum artus, vel partis corporis, sine febre.

O. II. INTUMESCENTIÆ.

Deformitas ex volumine, mole, auctis.

105 G. VI. PLETHORA.

Intumescentia universalis, proportionata et aequabilis, ex abundantia sanguinis. Descriptio: Amyctidis et ventris cultus, pulsus plenus aut suppressus, venarum amplitudo conspicua: Æstus et gravitas totius corporis, respirandi difficultas, lassitu-

do spontanea, stupor artuum, somni turbati, partes epidelio tectae ruberrimae, temperamentum sublaxum, sanguineum.

G. VII. POLYSARCIA. 106

Intumescentia universalis, mollis, pallidula, ab adipe nimium aucto.

G. VIII. PNEUMATOSIS. 107

Intumescentia universalis ab aëre, ad attactum crepitans, elastica, levis.

G. IX. ANASARCA. 108

Intumescentia universalis oedematosa, non elastica, vestigium digiti impressi servans, pallida, frigida, haud crepitans.

G. X. PHLEGMATIA. 109

Intumescentia oedematosa artuum inferiorum mollis, cuti concolor, indolens, foveam digiti impressi servans, non elastica.

G. XI. PHYSCONIA. 110

Est intumescentia abdominis a partibus solidis praeternaturalis, sine graviditate, fluctuatione, et elasi, ad tactum dura, resistens, parenchymatica.

III G. XII. GRAVIDITAS.

Intumescencia abdominis ex imo hypogastrio incipiens, in axique ejusdem ascendens, o-
pus generationis subsequens, partu termi-
nanda ; pathemata gravidarum, menosta-
sia, mutationes oris tincae, motus infantis
sensibilis, sunt totidem characteres hujus
generis.

O. III. HYDROPE PARTIALES.

Tumores a fluidis in cavitatibus congestis, ut
abdomine, &c.

II2 G. XIII. HYDROCEPHALUS.

Hydrops capitis a fero.

II3 G. XIV. PHYSOCEPHALUS.

Est tumor totius capitis emphysematosus
elasticus, sub digito premente crepitans.

II4 G. XV. HYDRORACHITIS.

Tumor cysticus ex hiatu vertebrarum lum-
barium, vulgo spina bifida, in recens na-
tis protuberans cum anaesthesia; est verus
hydrops thecae spinalis. A.

G. XVI. ASCITES. 115

Gravis, sphaeroidea, et fluctuosa abdominis intumescencia, non elastica, cum polydipsia, urina pauca, lixiviali, lateritia.

G. XVII. HYDROMETRA. 116

Tumor hypogastrii sine graviditate, ab utero fluidis distento, rotundus, fluctuans, leges gravitatis sequens; dolor inguinum, spirandi difficultas, menostasia, rigores, mammarum mollities, phlegmatia, et tactus orificii uterini, diagnosin firmant.

G. XVIII. PHYSOMETRA. 117

Est constans tumor hypogastrii a flatu uterum distendente, rotundus, elasticus, levis, in sede uteri.

G. XIX. TYMPANITES. 118

Est intumescencia totius abdominis, levis et elastica, a pulsatione sonum edens, cum ructibus, borborygmis, constipatione, et doloribus abdominis; chronicus est hic morbus.

119 G. XX. METEORISMUS.

Est intumescencia flatulenta epigastrii, hypochondriorum, vel totius abdominis, fugax et plerumque indolens.

O. IV. TUBER A.

Tumores partium solidarum externi, non hydropici, cachexia,

120 G. XXI. RACHITIS.

Est deformitas nata ex articulorum tumore duro, carniū marcore et flacciditate, capitis mole, sterni protuberantia; ingeniū præcox in infantibus, ossiumve flexilitas et lordosis.

121 G. XXII. SCROPHULA.

Tumores subscirrhosi glandularum colli, mesenteriiive, cum labiis nasoque crassioribus; scrophula ordinario mollior est schirro.

122 G. XXIII. CARCINOMA.

Ulcera canerosa, sordida, labiis duris everfis, scirrhosis, ex quibus ichor manat acris et rodens; adfunt insuper dolores lancinan-

tes, excreſcentiae fungosae, venae adjacentes varicosae non inepte pedes cancri referentes, et febris hectica.

G. XXIV. LEONTIASIS. 123

Cognoscitur ex mutatione formae humanae in ferinam aliquatenus ; unde aspectus hominis ferinus.

G. XXV. MALIS. 124

Morbus est, qui cognoscitur tumoribus, ulceribus, quae infecta vermiformia vel horum larvae excitarunt, in quibus nidulantur, et ex apertis prodeunt.

G. XXVI. FRAMBÆSIA. 125

Morbus contagiosus, aliquando et congenitus apud Americanos, cujus praecipuum symptoma sunt excreſcentiae fungosae mori fructus referentes, quibus sese adjungunt ulcera dyssepulota, exostoses, caries, anchyloses, et macies.

O. V. IMPETIGINES.

Morbi contagiosi, chronici, qui cutis excreſcentias, tumores gregales, exulcerationes,

278 SYSTEMA MORBORUM

crustas, inducunt, plures foveantur a viru inoculabili.

126 G. XXVII. SYPHILIS.

Ulcuscula, porri, ficus, bubones, tophi, nodi, post vel cum gonorrhoea plerumque; dein pustulae crustosae, dolores nocturni, ostocopi, exostoses, caries, macies, et color luridus, morbum adesse loquuntur.

127 G. XXVIII. SCORBUTUS.

Cognoscitur ex maculis lividis, flavis, coeruleis tiliarum, stomacace, facie lurida, urina pellicula tecta.

128 G. XXIX. ELEPHANTIASIS.

Facies deformis, tubera callosa, ozaena, rauco, cutis elephantina crassa et unctuosa, rictus satyrorum, anaesthesia in artubus, constituunt characterem hujus generis.

129 G. XXX. LEPROA.

Cognoscitur ex pustulis verrucosis, duris, crassis, herpetosis, vel squamis ficcis in corymbos dispositis, prurientibus, escharoticis, rhagadibus; dum plures sunt ficcae pustulae, *sicca*; ubi vero, e contra, plures

humidae et exulceratae, *humida* dicitur lepra.

G. XXXI. SCABIES.

130

Cognoscitur ex pustulis, vel phlycthaenis, lentis vel fecalis grani magnitudine, lympham aut faniem continentibus, quae scalpendo ruptae crustas prurientes formant; contagiosus hic morbus et inoculabilis flexuras artuum maxime occupat.

G. XXXII. TINEA.

131

Incipit a pustulis vel phlycthaenis capitis aut faciei diversi-coloribus, quae ruptae in crustas humidas vel ficas abeunt corymbosae; videtur nimirum esse scabies capitis, et nihil aliud.

O. VI. ICTERITIAE.

Cognoscuntur ex totius cutis colore inassuetto, pallido, flavo, nigro, rubro, lurido sine pyrexia notabili.

G. XXXIII. AURIGO.

132

Flavedo cutis ad aureum, vel aurantium ten-

dens colorem, praecipue vero scleroticae membranae.

133 G. XXXIV. MELASICTERUS.

Color cutis et scleroticae niger, atro-lividus, fuliginosus, constituunt characterem hujus generis, cum moestitia et perturbatione mentis.

134 G. XXXV. PHOENIGMUS.

Morbus hicce apyretus rubedine cutis diffusa maculata, vel punctata, notatur.

135 G. XXXVI. CHLOROSIS.

Pallor faciei totiusve corporis, cum aethenia, et saepius pica, sine aurigine scleroticae; color est albus, cinereus, fuscus, cereus, luridus, aut virescens, cum sclerotica semper albissima perseverante.

O. VII. CACHEXIÆ ANOMALÆ.

Noscuntur ex signis classeos et affinitate cum prioribus generibus.

G. XXXVII. PHTHIRIASIS. 136

Exortus infectorum, pediculorum, aut his affinium, cum porrigine, exulceratione, pruritu, cachexia.

G. XXXVIII. TRICHOMA. 137

Morbus contagiosus Hebraeorum, cujus praecipuum symptomata est capillorum conspurcatio, complicatio, conglutinatio, et in cirros ac funiculos concretio inextricabilis, saepius cum phthiriasi; haereditarius est morbus hicce.

G. XXXIX. ALOPECIA. 138

Defluvium pilorum et desquamatio cuticulae constituunt characterem hujus morbi, cunctis animantibus communis.

G. XL. ELCOSIS. 139

Copiosa ampla ulcera, foetida, cariosa, chronica, cum pyrexia lenta, produnt hoc genus.

G. XLI. GANGRÆNA. 140

Anaesthesia, immobilitas, frigus, phlycthaenae lympham continentes, flacciditas, lividitas, et partis mors in cute et membrana

cellulosa, vel in omnibus ad ossa usque, textus facilis laceratio et dissolutio putrida, cum foetore cadaveroso, definiunt hoc genus.

141 G. XLII. NECROSIS.

Est partis mors lenta sine praevio tumore, mollitie, et dissolutione foetida, cum dolore ardente ordinario et stupore, quae sequitur exsiccatio partis, induratio, nigredo, et mumia; differt a gangraena in eo, quod lentius procedat, cum dolore rodente et stupore, et in mumiam abeat; gangraena contra mollescat, phlycthaenas eleuet, putrescat, foeteat, atque cito decurrat.

C L A S S I S. IV.

Ingrata et molesta sensatio, aut imaginatio, qualis ex nervearum partium laceratione, rosione, ustione, pressione, distractione, oritur, reliqua symptomata superans hanc definit classẽm.

O. I. DOLORES VAGI.

Sæpius universales, aut cutanei ad phlegmasias non referendi.

G. I. ARTHRITIS.

142

Articulorum dolor spontaneus, periodicus a synovia corrupta.

G. II. OSTOCOPUS.

143

Est dolor constans et notabilis ossium, a periosio interno potissimum affecto, ex pressione non exacerbans, fixus.

G. III. RHEUMATISMUS.

144

Dolor diuturnus in parte carnosã, tendinosã artuum, vagabundus, sæpius sine coryza, rheumate, catarrho, erysipelate, et sine febre notabili; acutus rheumatismus facit genus inter phlegmasias *Myositin* a me dictum; sanguis missus rheumatismo la-

borantium est gelatinosa crusta tectus, et
urina saepe ad sulphureum colorem accedit.

145 G. IV. CATARRHUS.

Colli collove vicinarum partium dolor a frigore suscepto, cum tussi, coryza, levi partium intumescencia, et pyrexia vespertina exigua, seu amphimerina catarrhali.

146 G. V. ANXIETAS.

Molestia ad loci mutationem assiduam cogens aegrum, quem habet.

147 G. V. LASSITUDO.

Est ingrata sensatio, juncta cum debilitate, quae ad quietem cogit virium reparandarum gratia.

148 G. VII. STUPOR.

Est molesta sensatio cum obscuritate tactus.

149 G. VIII. PRURITUS.

Molesta sensatio ad scalpendum cogens.

150 G. IX. ALGOR.

Molestia qualis a summo aëris frigore excitatur, jam cum phricasmo, rigore, vel concussione corporis, jam sine his symptomatibus.

G. X. A R D O R.

151

Molestia qualis a summo aëris calore produci-
tur.

O. II. DOLORES CAPITIS,

Faciei, vel Capillitii.

G. XI. C E P H A L A L G I A.

152

Est capitis gravitas vel sensatio molesta, quae
refert caput interius distensum, turgidum,
et quasi gravatum, malum haud chroni-
cum.

G. XII. C E P H A L Æ A.

153

Est dolor capitis chronicus, et, juxta Stahli-
nos, tensivus; videtur sola diuturnitate a
cephalalgia differre receptissimum hoc ge-
nus.

G. XIII. H E M I C R A N I A.

154

Est morbus, cujus praecipuum symptoma est
dolor in alterutro capitis latere, potissi-
mum ad tempora, frontem, ac oculos, isque
vehemens saepe et periodicus quandoque.

N n.

155 G. XIV. OPTHALMIA.

Cognoscitur ex oculi dolore, rubore, intolerantia lucis, et lacrymatione, vel siccitate.

156 G. XV. OTALGIA.

Dolor in aure.

157 G. XVI. ODONTALGIA.

Dolor dentium maxillarumque, cum vigiliis et saepius ptyalismo, maxillae aut genarum tumore.

O. III. DOLORES PECTORIS

Anhelationis expertes.

158 G. XVII. PYROSIS.

Ardor aesophagi ad ventriculum usque extensus, sine febre, vulgo Soda dicitur.

159 G. XVIII. CARDIOGMMUS.

Est gravis pertinaxque molestia in praecordiis, cum sensu ponderis auctaeve molis et pulsatione, quae ad minimum motum augentur: Aneurysmati cordis, auricularum, sinuum, et arteriarum tribuitur cardiogmus, seu dolor cordis.

O. IV. DOLORS ABDOMINIS

Interni.

G. XIX. CARDIALGIA. 160

Molestia ad epigastrium et ventriculum relata, syncopen minitans.

G. XX. GASTRODYNIA. 161

Notabilis et durans in regione ventriculi dolor, sine syncope et pyrexia.

G. XXI. COLICA. 162

Est dolor potissimum intestini crassi regiones occupans in abdomine, hujusque officia turbans, sine febre notabili, cum pulsu plerumque suppresso, rariore, et obstipatione.

G. XXII. HEPATALGIA. 163

Molesta sensatio gravativa, tensiva, aut quavis alia in regione hepatis, sine pyrexia acuta.

G. XXIII. SPLENALGIA. 164

Est dolor pertinax gravativus, tensivus, in regione lienis, cum aliquali dyspnoea, pul-

fu in inspiratione intermittente, tumore et duritie, sine pyrexia.

165 G. XXIV. NEPHRALGIA.

Dolor fixus in regione renum et ureterum, sine pyrexia acuta.

166 G. XXV. HYSTERALGIA.

Dolor in regione uteri, sine parturitionis nisu et phlegmasia notabili.

O. V. DOLORES EXTERNARUM

Partium locales.

167 G. XXVI. MASTODYNIA.

Dolor mammarum.

168 G. XXVII. RACHIALGIA.

Atroces dolores abdominis, ad lumbos et dorsum serpentes, pressione non crescentes, cum umbilici subin retractione, alvi constipatione, convulsione, manuum torpore, paresi, paralyfi, ac contracturis artuum, definiunt hunc morbum.

G. XXVIII. LUMBAGO. 169

Est dolor lumborum corporis erectionem impediens, sine nausea, ureterum dolore, femoris stupore, urinaeve vitiis; dolor est in musculis spinæ dorsi aut ligamentis.

G. XXIX. ISCHIAS. 170

Dolor constans coxendicis, pelvis, et capitis femoris, nec non musculorum ejusdem; hinc difficultas gradiendi, standi, claudicatio, frigus partis; conatus ad deponendam alvum dolorem augent ischiadicum.

G. XXX. PROCTALGIA. 171

Est dolor podicis.

G. XXX. PUDENDAGRA. 172

Dolor partium genitalium tum in viris tum in foeminis.

G. XXXII. DIGITIUM. 173

Est dolor periodicus articuli cujusdem digiti, cum emaciatione et ossis friabilitate, sine omni phlegmasia. Vide Ill. De Sauvages, T. I. p. 150.

CLASSIS V.

FLUXUS.

CHAR. CLASSIS. Exitus insolitus cujusvis fluidi vel solidi e corpore.

O. I. SANGUIFLUXUS.

Sanguinis, vel saltem sanguinolentae materiae ejectio seu effluxus, quacunque via, praeter alvinam.

174 G. I. HAEMORRHAGIA.

Est fluxus sanguinis e naribus.

175 G. II. HAEMOPTYSIS.

Est sanguinis expectoratio seu anacatharsis, cum tussi sine notabili pyrexia.

176 G. III. STOMACACE.

Stomacace laborantibus sanguis dissolutus promanat e gingivis laxis, sordidis, et foetidis, sponte, vel ad levem harum attactum.

177 G. IV. HÆMATEMESIS.

Est sanguinis rejectio ex oesophago, cum vomitorio conatu, anxietate magna, et animi deliquiis; observantur et faeces alvi sanguine tinctae, nigricantes.

G. V. HÆMATURIA. 178

Est effluxus seu minctio cruoris, urinae cruentae ex vesica, vel feminis sanguinolenti ex urethra, in viris et mulieribus.

G. VI. METRORRHAGIA. 179

Sanguinis ex utero aut vagina fluxus morbosus, nimius.

G. VII. ABORTUS. 180

Est foetus immaturi, id est, ante nonum mensem graviditatis saltem aliquot septimanis exclusio, subin cum metrorrhagia: Symptomata sunt, lassitudo, anorexia, frigus, mammarum flacciditas, lumbago, hysteralgia, lipothymia, &c.

O. II. ALVIFLUXUS

Sanguinolenti.

G. VIII. HEPATIRRHOEA. 181

Est alvi fluxus per inferiora sanguinolentus, nec ater, nec torminosus.

G. IX. HÆMORRHOIS. 182

Est sanguifluxus ex tuberculis, mariscis rubris, duris, dolorificis, finem intestini recti

obsidentibus, vel in recto latentibus; sentiunt posteriora tubercula aegri in recto saepius obflipati, et digitus immissus intestino haec offendit; sanguis in depositione alvi praecedit, vel ad minus comitatur, excrementa.

183 G. X. DYSENTERIA.

Est frequens torminosa mucofo-cruenta alvi dejectio.

184 G. XI. MELÆNA.

Est Fluxus materiei nigricantis, atro-rubrae, ano vel cato frequens.

O. III. ALVIFLUXUS

Non sanguinolenti.

185 G. XII. NAUSEA.

Est inanis vomendi conatus, et tamen maximis licet nisibus nihil nisi flatus aut mucus exiguus exantlatur; adest anorexia, gastrodynia, motus ossis hyoidis ad superiora, ptyalismus; capitis ad anteriora inclinatio, tremor labii inferioris, &c.

G. XIII. VOMITUS.

186

Est palpabilium materierum non cruentarum per os oesophagumque rejectio frequens ex ventriculo; causa est antiperistaltica ventriculi contractio, concurrente diaphragmatis et musculorum abdominalium pressione, cum simultanea expiratione; pulsus est contractus, rigidus, et frequens.

G. XIV. ILEUS.

187

Gastrodynia, obstipatio, anxietas, et vomitus demum faeculentae materiae, determinant hunc morbum; atrocia circa umbilicum tormina, ructus, nausea, singultus, intestinorum volutatio, virium prostratio, pertinax alvi obstipatio, et vomitus demum faeculentus, sunt symptomata principalia hujus morbi.

G. XV. CHOLERA.

188

Est syndrome ex vomitu, diarrhoea, gastrodynia, prostratione virium, et subin furarum crampo.

G. XVI. DIARRHOEA.

189

Est recrementorum et excrementorum ut plurimum fluxilium frequens per anum

dejectio notabilis et constans, adeoque mor-
bosa.

190 G. XVII. COELIACA.

Est albescentium, aut chyliacearum materi-
erum per alvum frequens dejectio, ple-
rumque profusa, cum torminibus et pro-
stratione virium.

191 G. XVIII. LIENTERIA.

Alimenta parum aut nihil mutata per al-
vum dejiciunt, et quidem plerumque
paulo post ingestionem, lienterici.

192 G. XIX. TENESMUS.

Muci frequens et pauca dejectio per anum,
cum intensa dejiciendi cupiditate, conatu-
que eidem proportionali; stimulum et do-
lorem sentiunt aegri in intestino recto.

193 G. XX. PROCTORRHOEA.

Est fluxus mucosi subalbi, flavescentis, quan-
doque striis sanguineis tincti, humoris ex
vasis haemorrhoidalibus externis, vel in
recto latitantibus, qui humor ordinario
spissior est, dum ex internis vasis stillat,
scybalaque praecedit: Vide Lieutaud, T.
I. p. 396. No. 4. Pruritus praeterea et

ardorem hoc fluore madentes et foetentes in podice sentiunt, queruntur. Species non adeo magni momenti in praxi possunt esse proctorrhoea externa, interna, periodica, sanguinolenta, hujus generis, quod etiam proctoleucorrhoea vocari potest, ob similitudinem cum leucorrhoea.

O. IV. S E R I F L U X U S.

Fluidi nec sanguinolenti, nec per alvum, effluxus morbosus.

G. XXI. EPHIDROSIS.

194

Est sudoris quantitate, qualitate, aut intemperativitate peccantis, excedentis effluxus.

G. XXII. EPIPHORA.

195

Est oculis constans effluxus humoris serosi, lacrymalis, sebacei, aut purulenti, morbosus.

G. XXIII. CORYZA.

196

Est humoris serosi mucosive e naribus fluxus morbosus, sine, vel cum ozaena, concomitante plerumque gravedine capitis.

197 G. XXIV. PTYALISMUS.

Est salivae mucive, sine anacatharsi ac vomitione, ex ore effluxus, emissio, aut sputatio uber et constans.

198 G. XXV. ANACATHARSIS.

Est muci, lymphae, aut puris facta cum tussis e pectore per os rejectio frequens, notabilis, et morbosa.

199 G. XXVI. DIABETES.

Subita potus omnis per urinae vias emissio, vel urinarum utcunque coctarum nimia profusio, cum siti, anorexia, et polydipsia.

200 G. XXVII. ENURESIS.

Involuntaria et inopportuna doloris et ardoris expers minctio, quaeque saepius inficiis accidit.

201 G. XXVIII. PYURIA.

Est purulentae, albae, flavae, mucosae, aut lutulentae materiae cum urinis minctio.

202 G. XXIX. LEUCORRHOEA.

Est serosae, flavae, puriformis, mucosae, foetidae, atrae, &c. materiae ex utero aut vagina delapsus, effluxusve morbosus,

G. XXX. LOCHIORRHOEA. 203

Est lochiorum alborum nimius fluxus puerperam debilitans.

G. XXXI. GONORRHOEA. 204

Est stillicidium fluidi feminalis, vel puriformis, ex urethra, sine mictione.

G. XXXII. GALACTIRRHOEA. 205

Est stillicidium lactis e mammis, vel locis insolitis.

G. XXXIII. OTORRHOEA. 206

Est fluxus serosus, purulentus, foetidus, ex cavo auris, meatu auditorio, vel ambitu auriculae.

O. V. AERIFLUXUS,

Sunt flatus halitusve insolitae et vitiosae emissiones per os vel anum, &c.

G. XXXIV. FLATULENTIA. 207

Est morbus flatuum per os, vel anum, frequenti emissione et borborygmis designatus.

298 SYSTEMA MORBORUM

208 G. XXXV. ÆDOPSOPHIA.

Est flatuum ex vesica per urethram, vel ex utero per vaginam, emissio.

209 G. XXXVI. DYSODIA.

Est foetidorum vaporum e corpore exhalatio odoratum offendens, exhalant tales vapores e naribus, ore, vulva, inguinibus, axillis, et pedibus.

C L A S S I S VI.

CHAR. CLASSIS. Meatum impeditio ;
hinc solitarum in sanitate excretionum
impedimentum et emanatio ; *Suppressorios*
morbos vocavit Ill. Linnaeus.

ORDO I. SUPPRESSIONES

Humorum feroforum.

G. I. ADIAPNEUSTIA.

210

Transpirationis naturalis, et liquoris cutis organa humectantis, suppressio.

G. II. STERILITAS.

211

Est geniturae suppressio, conceptus impeditio.

G. III. ISCHURIA.

212

Urinae secretae a renibus retentio seu suppressio, cum tumore hypogastrii, vel secretionis in renibus suppressio, cum stupore renum, singultu, anorexia, vomitu, ptyalifino urinoso, ephridrosi.

G. IV. DYSURIA.

213

Difficilis et dolorifica, guttata saepius et ardens mictio ; est ergo fluxus urinae pro parte suppressus, et non in integrum, ut in ischuria.

214 G. V. AGLACTATIO.

Lactis defectus.

215 G. VI. DYSLOCHIA.

Est lochiorum suppressio.

O. II. SUPPRESSIONES
INGERENDORUM,

Constrictio meatuum ingerenda admittentium, sine phlegmasia.

216 G. VII. DYSPHAGIA.

Est deglutitionis suppressio, impeditio, absque notabili respirationis laesione et phlegmasia.

217 G. VIII. ANGINA.

Est respiratio impedita, cum sensu obicis in gutture, absque phlegmasia, sive dein adsit dysphagia, sive non.

O. III. SUPPRESSIONES

Imi ventris.

218 G. IX. DYSMENORRHOEA.

Menstrua suppressa, dolorifica, cum lumbagine, cephalalgia, dyspnoea, palpitatione cordis, &c. constituunt characterem hujus generis; fluxus menstruus periodicus a tribus ad 8 dies protelari solet; quantitas sanguinis a quinque ad 10 uncias limitatur; circa 13 annum aetatis incipit, et ad 45 plerumque producitur; sanguis refert sanguinem victimae.

219 G. X. DYSTOCIA.

Dolorifica, laboriosa ultra modum foetus exclusio aut secundinarum, vel penitus impossibilis.

220 G. XI. DYSHAEMORRHOIS.

Est suppressio fuetarum haemorrhoidum; dum fluxus haemorrhoidum fuetarum periodicus saepius supprimitur, ex quacunque

occasione, ante annum circiter 60, 65, quo hic fons sponte ficcari solet; oriuntur lumbago, ischias, vertigo, cephalalgia, tensio cervicis, anxietas, dyspnoea, colica, &c. Haemorrhoidum fluxus, qui ultra 65. annum aetatis protelatur, jam morbosus haberi debet et supprimi minuere; senectus enim hunc fluxum non fert. Haemorrhoids rarissime cum constantia sanitatis observatur; hinc vix pro beneficio haberi potest, licet morbos graviores praevertere dicatur.

221 G. XII. OBSTIPATIO.

Faecum alvi exoneratio impedita. Carolus *Linnaeus*; est nimirum segnis, difficilis, rara faecum alvi excretio, vel plane nulla etiam medicamentis prolici possunt excrementa: Medici assiduo curant obstipationem, et tamen hanc nec in numero morborum tolerant; ecquidem raro est morbus per se, saepissime vero symptoma hoc alios morbos comitatur et auget.

C L A S S I S VII.

S P A S M I.

CHAR. CLASSIS. Contractio constans, vel interpolata, musculorum motum localem efficientium, eaque invita.

O. I. SPASMI TONICI PARTIALES.

Rigiditas organi, vel artus determinati.

G. I. STRABISMUS.

222

Oculi alterutrius spasmus, tonicus axium opticorum divergentiam, vel convergentiam nimiam inferens ; seu est spasmus tonicus oculi, unde hujus axis cum alterius axi ad unum objectum non convergit.

G. II. TRISMUS.

223

Est spastica contractio tonica, aliquando visa fuit solum clonica maxillae inferioris, vulgo *trotura oris* dicitur ; rusticus venerat ad me pedes trismo tonico laborans pro consilio, contra hunc morbum ; datur

igitur solitarius hicce morbus ; vide *tet-
tanum*.

224 G. III. OBSTIPITAS.

Est colli spasmus, vulgo dicitur *torticollis*,
tonicus, vel clonicus capitis mobilitatem
et directionem mutans.

225 G. IV. CONTRACTURA.

Est artus unius vel plurium constans, diu-
turna rigiditas, inflexilitas.

226 G. V. CRAMPUS.

Est subitanea, fugax, et dolorifica musculi ri-
giditas, cum dolore subin atroci.

227 G. VI. PRIAPISMUS.

Est penis ingrata et sine appetitu libidinis ri-
giditas seu, erectio.

O. II. SPASMI TONICI GENERALES.

228 G. VII. TETANUS.

Spasmus generalis tonicus subito ortus, cum
dyspnoea ; rigent musculi omnes, et cor-
pus inflexile servant, cum dyspnoea et ru-

bore faciei ; vel rigent musculi soli posteriores corporis, aut anteriores, et corpus flectunt horribiliter, et plerumque flexum servant diutius.

G. VIII. CATOCHUS.

229

Spasmus generalis tonicus sensim factus, sine dyspnoea, agitatione pectoris, faciei rubore, chronicus.

O. III. SPASMI CLONICI
PARTIALES.

Agitatio invita et coacta cujusdem organi aut artus, cujus motivum ab aegro non percipitur.

G. IX. NYSTAGMUS.

230

Spasmus clonicus oculi, vel palpebrae.

G. X. CARPHOLOGIA.

231

Est spasmus clonicus manuum, quo aegri floccos e tegumentis evellunt, paleas colligunt, muscas venantur ; symptoma hoc a suffusione natum plerumque est lethale.

306 SYSTEMA MORBORUM

232 G. XI. SUBSULTUS.

Est motus palpitans aut tremulus tendinum, pone carpos potissimum observabilis.

233 G. XII. PANDICULATIO.

Est spasmus artus successive extendens plures, vel omnes in oscitatione.

234 G. XIII. APOMYTTOSIS.

Est succussio cutis et capitis, cum trunci totius agitatione tremula et violenta; adest simul exspiratio sonora, quasi stertorosa.

235 G. XIV. CONVULSIO.

Est agitatio invita artus, vel musculi brevis cum superfluo exercitio animi.

236 G. XV. TREMOR.

Artuum aut capitis alterna, per itus et reditus frequentes, motitatio per brevissima spatiola, cum movendi voluntate concurrens, qua cessante, cessat quoque tremor.

237 G. XVI. PALPITATIO.

Est pulsatio in regione cordis insolita, cum pulsu intermittente, crapizante, tremulo, subduro, inaequali, inordinato, debili, quandoque et dyspnoea ad quemlibet motum

notabili ; habeo aegram, cujus pulsus sub actuali palpitatione remittit, vel intermittit, in 5 annum jam hoc ex morbo languentem ; subin tremorem in praecordiis patitur, cum pulsu caprizante, tremulo ; notum est, quod regularis pulsatio cordis non dicatur palpitatio.

G. XVII. CLAUDICATIO.

238

Est vitiosus gradiendi modus, quo truncus singulis passibus huc vel illuc nimium inclinatur, unde crus indecore movetur, trahitur.

O. IV. SPASMI CLONICI
GENERALES.

G. XVIII. PHRICASMUS.

239

Est succussio invita totius cutis, imo saepius totius corporis, frigorigera.

G. XIX. ECLAMPSIA.

240

Est morbus convulsivus clonicus acutus, quandoque remittens, cum sensuum fermentatione in paroxysmo ; pollices intro non

premunt, spuma ex ore non eructat, spasmi sunt tremuli artuum omnium ; vulgo vocatur hic morbus *apoplexia puerilis*.

241 G. XX. EPILEPSIA.

Est morbus spasmodicus clonicus, intermittens, seu periodicus, chronicus, cum variorum membrorum invita agitatione, dyspnoea, spumae oris eruptione, pugnorum constrictione, et sensuum feriatiōe exteriorum et interiorum, sine asphyxia. *Symptomata*: Subitaneus casus, obliuio omnium, clamor, mugitus, stridor dentium, truculentia oculorum, spuma oris, pugnorum contractio, totius corporis agitatio.

242 G. XXI. HYSTERIA.

Est artuum organorumque exteriorum interiorumque spasmus clonicus tonicusve, paroxysmis fugacibus, leviter variantibus, cum pusillanimitate, sensibilitate animae summa, mortis formidine intensa, teneritudine partium convulsarum remanente, attactum fugiente, et urina hyalina. Signa pathognomica hujus morbi statuit Ill. Astruc agitationem matricis, pnycem, con-

strictionem pectoris et glomum fluctuantem in abdomine.

G. XXII. S C E L O T Y R B E. 243

Est motus semivoluntarius unius lateris, vel totius corporis in gressu, situ erecto, aut comeftione, gesticulationem, aut ridiculam histrionis festinationem, referens; hunc morbum vocavit *Sydenhamus Choream Sancti Viti*.

G. XXIII. B E R I B E R I A. 244

Est motus gradientium genua spastice retrahens, cum tremore artuum, fornicationis sensu, vocis raucedine, stupore dolorifico artuum, qui morbis Indis est familiaris. In ovibus olim lupum videntibus beriberiam spasmus vidi, stantes hae vel gradientes tristes momentanae retrahunt genua, ad situm naturalem illico reditura.

C L A S S I S VIII.

ANHELATIONES.

CHAR. CLASSIS. Est agitatio invita, defatigans musculorum pectoris, cum respiratione difficili, laboriosa, sonora, frequenti, sine febre notabili, et sine phlegmasia.

O. I. ANHELATIONES
SPASMODICAE

Sunt symptomata fugacia spasmodica, saepius repetentia, quae consistunt in ex vel inspirationibus sonoris.

245 G. I. EPHIALTES.

Morbus hic recurrens afficit dormientes cum anhelatione et insomnio corporis cujusdam pectus opprimentis; unde respiratio horum querula, gemebunda, et anxia.

246 G. II. STERNUTATIO.

Est violenta, sonora, et subitanea exspiratio, in nares posticas immisso aëre, ad nares everrendas sub convulsiva capitis et trunci corporis concussione, ad anteriora flexu

ione. Species sunt sternutationis, *catarrhalis*, *rubeolosa*, *verminosa*, *spontanea*, *febricosa*, *epidemica*, *critica*, *medicamentosa*, &c.

G. III. OSCEDO.

247

Est aëris copiosi profunde inspirati diutina, lenta, et invita naturalis exspiratio, cum magno oris hiatu; saepe concurrit et pandiculatio.

G. IV. SINGULTUS.

248

Est concussio diaphragmatis invita, cum inspiratione subito interrupta, sonora.

G. V. TUSSIS.

249

Est concussio sonora, violenta, invita pectoris, cum expiratione ad pulmonem quodam obice liberandum.

O. II. ANHELATIONES
SUPPRESSIVÆ.

Hae fiunt cum metu suffocationis, suntque pleraeque constantes.

312 SYSTEMA MORBORUM

250 G. VI. STERTOR.

Est respiratio sonum gravem et tremulum in gutture edens, saepius sibilo stipata.

251 G. VII. DYSPNOEA.

Est difficultas respirandi assidua et chronica, sine signis empyematis, hydrothoracis.

252 G. VIII. ASTHMA.

Est chronica, periodica respirandi difficultas.

253 G. IX. ORTHOPNOEA.

Est morbus continuus acutus, subitanea anhelatione sublimi, et fere suffocatoria, stipatus.

254 G. X. PLEURODYNE.

Anhelatio, cum pectoris dolore, sine phlegmasia, cum exigua vel nulla febre.

255 G. XI. RHEUMA.

Cognoscitur ex difficultate respirandi, cum sensu gravitatis in pectore, quam comitatur coryza, sternutatio, raucedo, cephalalgia, tussis, sine pyrexia notabili, et sine sanguine inflammato; *endemiis hic morbus.*

256 G. XII. HYDROTHORAX.

Est genus anhelationis chronicum continuum, stipatum phlegmasia pedum, pallore faciei,

oedemate manuum, subita in somno suffocatione, alterutrius manus stupore, sine signis empyematis; haec symptomata jam adsunt omnia, jam tantum aliqua; anhelatio crescit pro inclinatione corporis.

G. XIII. EMPYEMA.

257

Est difficultas respirandi a pectoris reclinacione crescens, quam praecessit phlegmasia pectoralis non resoluta, sed suppurata; comitatur amphimerina tabida notabilis, macies, decubitus horizontalis et in latus sanum difficilis, gravitas supra diaphragma, sudores profusi, rubor genarum, et multa symptomata hydrothoracis: Species sunt, *peripneumonicum*, *vomicale*, *pleurale*, *mediastinale*, *diaphragmaticum*, *intercostale*; quas species sufficiat hic nominasse, quum earundem historia necdum satis provecta sit.

CLASSIS IX.

DEBILITATES.

CHAR. CLASSIS. Est impotentia clare et distincte sentiendi, appetendi, consueta vi artus organave movendi, nec non imaginandi, vigilandi, sensibus internis et externis utendi.

O. I. DYSÆSTHESIAE.

Impotentia clare et distincte sentiendi.

258 G. I. AMBLYOPIA.

Est visus debilitas respectiva ad situm, gradum lucis, distantiam objecti, oculis pellucidis; vel est debilitas visus absoluta, vel respectiva, sine opacitate corneae, aut vitio internarum partium oculi.

259 G. II. CALIGO.

Est imminutio partialis, vel totalis deletio visus, propter repagulum opacum citra seu ante pupillam oculo inhaerens, aut palpebris.

G. III. CATARACTA. 260

Est visus debilitas, vel abolitio, ob maculam opacam, post pupillam positam, seu opacitatem lentis crystallinae.

G. IV. AMAUROSIS. 261

Est visus suppressio, abolitio, vel defectus, cum pupillae ferme plenaria immobilitate, sine sensibili oculorum vitio aut opacitate externis.

G. V. ANOSMIA. 262

Est imminuta, vel suppressa facultas percipiendi odores.

G. VI. AGHEUSTIA. 263

Est suppressio facultatis, qua diversos sapes percipimus, cum vel sine anorexia.

G. VII. DYSECOEA. 264

Est audiendi difficultas, seu gravis auditus et obscura perceptio sonorum.

G. VIII. PARACUSIS. 265

Est debilitas seu confusio auditus, qua affecti clare percipiunt voces, sed non distincte diversos sonos et articulatas voces audiunt, vel alios sonos clare et distincte audiunt, alios tantum clare sine distinctione.

266 G. IX. COPHOSIS.

Est obscura, vel nulla sonorum perceptio, seu impotentia percipiendi sonos totalis, vel partialis.

267 G. X. ANÆSTHESIA.

Est sensus omnis privatio, superstitibus motu musculari et rerum necessariarum appetitu aliquantum minutis, sine omni sopore.

O. II. ANEPITHYMIÆ.

Appetuum sensitivorum debilitas, seu imminutio notabilis.

268 G. XI. ANOREXIA.

Est notabilis debilitas, imminutio, seu cessatio famis in jejunis animantibus.

269 G. XII. ADIPSIA:

Est sitis debilitas, seu imminutio, aut abolitio.

270 G. XIII. ANAPHRODISIA.

Est debilitas, vel abolitio appetitus venerei, seu impotentia: Vide *sterilitatem*.

O. III. DYSCINESIÆ.

Impotentia exercendi motus solitos voluntati subiectos.

G. XIV. M U T I T A S. 271

Est impotentia proferendi voces articulatas.

G. XV. A P H O N I A. 272

Est plenaria vocis suppressio, citra stuporem, syncopen, et comata ; muti inarticulatam vocem habent, aphoni contra nullam.

G. XVI. P S E L L I S M U S. 273

Est difficultas seu impotentia quasdam syllabas literasve recte pronunciandi, faciunt hoc puellae quaedam naviter, ut magis placeant procis.

G. XVII. C A C O P H O N I A. 274

Est vocis vitium et insuavitas atque asperitas.

G. XVIII. P A R A L Y S I S. 275

Est unius tantum artus, vel articuli frigida plerumque laxa immobilitas, absque dolore, cum vel sine anaesthesia ; *paresis* est sensim invadens debilitas movendi artus, seu est imperfecta paralytis ; movent enim hi artus, sed difficulter ; colicam pictonum aliasque rachialgiae species comitatur, vel sequitur paresis, lente accedit paretica debilitas, et non est tanta, quanta observatur

paralyticorum ; actu observo paresin in brachiis egregii chirurgi Christophori Nohrer, ex colica pictonum laborantis.

276 G. XIX. HEMIPLEGIA.

Cognoscitur ex summa debilitate, vel integra motus muscularis suppressione unius lateris corporis, cum laxitate, frigiditate, indolentia artuum et mentis integritate, sine vel cum anaesthesia.

277 G. XX. PARAPLEXIA.

Est paralytis artuum inferiorum, vel omnium artuum, cum enuresi, anaphrodisia, quandoque et anaesthesia ac marasmo.

O. IV. LEIPOPSYCHIAE.

Virium vitalium, pulsus, et respirationis debilitas seu imminutio; *pulsus est perpendiculum vitae.*

278 G. XXI. ASTHENIA.

Est debilitas omnium artuum, superstitie actionum vitalium minutarum tenore, superstitibusque sensibus, sine dolore.

G. XXII. LIPOTHYMIA.

279

Est subitanea et brevis virium muscularium et sensuum dejectio, seu eclipsatio, superstita pulsu et cognoscendi aliqua facultate adstantes, cum aurium tinnitu, calore, vertiginosaque capitis turba.

G. XXIII. SYNCOPE.

280

Est subitanea virium omnium animalium, et vitalium sensuumve, imminutio tanta, ut aeger per tempus sui conscius non sit, cum lenta lenive respiratione, pulsu obscuro, sudore frigido, et aliquali interiorum calore.

G. XXIV. ASPHYXIA.

281

Est subitanea eclipsis omnium actionum naturalium, animalium, et vitalium, cum mortis imagine: Vide Cl. *Lancisium* circa mortes subitaneas.

O. V. COMATA SEU MORBI
SOPOROSI.

Omnium sensuum feriaciones, maximae debilitates.

282 G. XXV. CATALEPSIS.

Est sensuum omnium motuumque muscularium suppressio, pulsu et respiratione pacatis, placidis, lentis, minutis, vel obscuris, cum mira ad quosvis situs suscipiendos et retinendos artuum flexilitate, aptitudine; retinent figuram, in qua ipsosprehendit morbus, et omnem recipiunt servantque, quam illis dederis; morbus est recurrens, et fors tantum mulierum.

283 G. XXVI. ECSTASIS.

Est status soporofus a gravi pathemate, vel mentis attentione profunda ortus, aegrum in eodem situ, quo prehensus est, retinens, sine aptitudine cataleptica.

284 G. XXVII. TYPHOMANIA.

Est sopor apparens, cum pervigilio delirioso reali, mufitatione; vel est sopor levis e quo aegri facile excitantur, cum delirio comitante.

285 G. XXVIII. LETHARGUS.

Est status soporofus facile excitabilis, cum summo imaginationis et memoriae torpore, oblivione, et febre.

G. XXIX. CATAPHORA.

286

Est somnolentia facile excitabilis, sine febre, oblivione, stertore, delirio.

G. XXX. CARUS.

287

Est somnus altissimus, vix aut ne vix excitabilis, sine stertore, cum respiratione tacita pacatissima; morbus saepius est acutus; semi-apertis oculis plerumque dormiunt omnino immobiles.

G. XXXI. APOPLEXIA.

288

Est somnus profundissimus, vix aut ne vix excitabilis, cum stertorosa respiratione, faciei tumore, omnium artuum laxitate, et pulsu plerumque duro, forti.

CLASSIS X. EXANTHEMATA.

CHAR. CLASSIS. Febris cum asthenia, efflorescentia cutis maculata varia, pustulosa, papulosa, phlyctenoidea, &c. vel cavi oris, saepius maligna.

ORDO I. EXANTHEMATA CONTAGIOSA.

289 G. I. PESTIS.

Eruptio purpurae, bubonum, anthracum, pemphigi, cum pyrexia typhode, maligna, dat characterem pestis: Vide celebrem Loimographum *Diemerbroeckium*.

290 G. II. VARIOLA.

Praeludium variolae patefit cephalalgia, lum-
bagine, nausea, vomituritione, eclampsia,
et febre continua inflammatoria; erum-
punt dein pustulae phlegmonoideae sup-
purantes, escharoticae, deciduae, cicatri-
santes; variola saepissime epidemicus mor-

bus habet IV. stadia, nempe contagium, eruptionem, seu inflammationem pustularum, suppurationem, tandem exsiccationem.

G. III. PEMPHIGUS.

291

Est phlegmasia saepius acuta, exanthematica, stipata bullis seu vesiculis avellanam circiter magnitudine aequantibus, sero flavo turgidis, per cutim sparsis: An *Hippocratis* T. I. p. 684. ichores constituerint pemphigum? Tomo citato, p. 798: *Hippocrates* scripsit: ‘*πυρετοι οι δε πεμφιγωδεις.*’ Et *Claudius Galenus*, sexto epidemiorum T. I. Classe 3. p. 311. Basilea 1561, inter reliquas interpretationes hujus febris, etiam hanc admisit, quae est character hujus generis; nihil ergo novi pemphigus.

G. IV. PURPURA.

292

Sunt maculae pulicum morsibus similes, faciei parcentes, pressione non evanescentes, carentes stigmate aculei a pulice infixi, coloris purpurei, lateritii, nigri, lividi, sine tumore, aspredine, cum febre amphimerina, vel tritaeophya, putrida, asthenia, lingua plerumque rubra, lateritia, molli,

293 G. V. RUBEOLOA.

Post praeludium catarrhosum, coryzam, epiphoram, tussim, cephalalgiam, somnolentiam, et palpebrarum tumorem, erumpunt papulae corymbosae rubrae, pulicum morsus aemulantes, asperae, uniformes, evanescenti-furfuraceae die IV. cum exiguo levamine symptomatum contagii in facie, collo, thorace, trunco reliquo, et artubus; quandoque sexto die in facie jam asperantur, siccantur, et in tenuissimum furfurem fatiscit epidermis; et hoc est initium tertii stadii, quod ordinario 8. vel 9. die, una cum morbo, finitur; febris comitatur rubeolam continua; rubeolam porro inoculat atmosphaera morbillosa bronchiis, sacco lacrymali, et sinubus sex in nares patentibus; medici contra seminatores rubeolae gossypium furfure morbilloso repletum sublimi vulnuscule, cujusque brachii imponunt, emplastro omnia tegunt, et 6. die post appositum hunc apparatus incipiunt aegrotare.

G. VI. SCARLATINA.

294

Est efflorescentia maculosa, ruberrima, pruriens, papulosa, irregularis, diffusa, desquamabilis, sine praeludio catarrhali efflorescens, cum febre plerumque judicatoria. Stadia tria scarlatinae observamus, praeludium noscimus inde, quod febris plerumque judicatoria, cum horrore et frigore, prehendat infantes, sub finem aestatis, sine praeludio catarrhali et sine vomitu; quarto vel citius die, facies intumescit modice, pectus, &c. erumpunt exanthemata paulo ante descripta, et hoc est stadium secundum; post 3 vel 4 dies incipit stadium tertium, in quo evanescunt exanthemata, et epidermis sub forma subtilis pollinis desquamatur.

O. II. EXANTHEMATA
NON CONTAGIOSA.

G. VII. MILIARIS.

295

Eruptio phlycthaenarum milii semine raro majorum, cum sudore vapido; febris

continua, vel remittens, putrida; praeludit oppressio praecordiorum, gastrodynia gravans, pulsus suppressus, urina minus tincta, lingua plerumque alba, mollis, asthenia; perstant in cute 4, 5, 6, 7, 9, 11, &c. diebus, et cum pruritu, sudore solvuntur, in farinam subtilem disparent. *Hippocrates*, T. I. p. 697. describit miliarum et quidem criticam, seu servantem mulieres omnes, quarum cutim obsederat haec efflorescentia. *Silenus* insuper indubie 8. die morbi miliari rubra maculatus fuit, T. I. p. 674.

296 G. VIII. ERYSIPELAS.

Est eruptio erythematis cum febre continua, vel amphimerina potius dicenda, tumiduli, superficialis, dilatabilis, desquamabilis; sistit nimirum maculas latas, amplas, sub-tumidulas, non suppurabiles; sanguis missus crusta inflammatoria non est tectus, sed pelle alba, tenui, et sat tenaci; dolor erythematis est calens, rodens. Tria stadia observantur erysipelatis: *Primum* absolvit gravedo, horror, inappetentia, lassitudo.

tudo, cum febricula amphimerina; die 2. 3. vel 4. incipit secundum stadium, eruptio, nempe, erythematis, quod ordinario in 4. usque diem augetur; in tertio stadio collabitur successive tumor, calor, et dolor erythematis, et epidermis desquamatur, quod opus plerumque 4 diebus Natura absolvit.

G. IX. E S S E R A.

297

Constituunt hoc genus maculae rubellae impruriginosae, non fastigiatae ultra libellam cutis, magnitudinis grani tritici, zaeae, subito erumpentes ferme sine febre, et post 4, 5, 7, 9, 11, 14, dies sponte et sine desquamatione epidermidis disparentes; quandoque sunt paucae, subin contra numerosae; aegri sunt plerumque orthostadii; praecedat eruptionem nox inquieta, leves anxietates; cutis, exstante effera, non est aspera ad attactum, nec rubedo est diffusa; maculae aliae sunt majores, aliae minores, sub epidermide latentes; hujus morbi meminit *D. Allen*, p. 407. ubi tamen non hunc, sed alium descripsit; *Cl. D. Lieutaud*, T. I. p. 614. unam speciem descripsit hujus generis.

Cognoscitur aphtha papulis seu phlycthaenis linguae, faucium, oris superficiem occupantibus, subrotundis, plerumque semilinearibus, colore albis in disco, cum radio saepius rubro, vel rubris, brunneis, flavis, lividis, nigris, et febre tritaeophya, vel obscura hectica, aut penitus nulla; adest simul somnolentia, dolor urens oris, et difficultas in masticatione, suctione, ac deglutatione. Aphtha 4 stadia habet distincte, si non omnibus speciebus, in febrili observabilia: Stadium *primum* sese prodit lassitudine spontanea, levi dyspnoea, gastrodynia, anxietate exigua, somnis turbatis, et calore oris: Stadium *secundum* propululatio papularum nobis adesse loquitur: In stadio *tertio* elevantur papulae seu maculae in phlycthaenas miliares, quae probabiliter sunt idem cum miliaribus cutis: Stadium *quartum* absolvit desquamatio epidelmii, cum dolore sensibilissimo linguae et faucium superficiali.

C L A S S I S XI.

P H L E G M A S I Æ.

CHAR. CLASSIS. Febris quasi semper continua, cum pulsu duro, dolore topico, aliqujus partis inflammatione, sanguine crusta inflammatoria tecto, urina plus colorata, lingua sub sicca, sicca, calente, &c. *Hippocrates*, T. I. p. 810. 811. reliquit: Lingua concolor attingentibus ipsam humoribus: Quapropter per hanc humores cognoscimus.

O. I. P H L E G M A S I Æ
M U S C U L O S Æ.

G. I. P H L E G M O N E.

299

Cognoscimus phlegmonem ex febre acuta continua inflammatoria, pulsu duro, sanguine crusta inflammatoria tecto, et partis externae inflammatione; pars externa phlegmone affecta calet, rubet, dolet, tumet, est simul tensa resplendens sphaeroides; cutis ipsa et partes sub ipsa contentae inflammatae sunt; phlegmone in supurationem tendit, neutiquam vero erysipelas.

330 SYSTEMA MORBORUM

300 G. II. CYNANCHE.

Est phlegmasia acuta pharyngis, laryngis, dyspnoeam et dysphagiam inducens, cum pyrexia acuta, faucium rubore, calore, dolore, tumore, quae adesse docet inspectio in fauces, depressa lingua.

301 G. III. MYOSITIS.

Febris acuta inflammatoria, dolores in diversis musculis artuum, eorundemque involucris, diu noctuque discruciantes, motum vetantes ferme omnem, ad noctem exacerbantes; sanguis missus est tectus crusta inflammatoria subgelatinosa, vel pelle tenui tenaci; hic morbus vulgo audit rheumatismus acutus.

302 G. IV. CARDITIS.

Adest dolor constans sub sternum in regione cordis urens, flammam vitae extinguens, cum palpitatione, frequentibus animi deliquiis, pulsu jam magno, duro, per momenta, jam parvo, frequente, inaequali, inordinato, intermittente; febre acuta typhode et anxietatibus; cor manu tenentes aegri fugitivis oculis et mille jactationibus agitati, sibi comburi, illudque mori quaeruntur, clamant.

O. II. PHLEGMASIÆ MEMBRANACEÆ.

G. V. PHRENITIS. 303

Est phlegmasia acuta, cum pyrexia et delirio perpetuo, a cephalalgia atroci plerumque incipiens; delirium quandoque est audax, urina plerumque citrina, cum nebula sublimi.

G. VI. DIAPHRAGMITIS. 304

Est phlegmasia cum dolore obscuro ad costas spurias, oppressione pectoris, sputis saepe cruentis, orthopnoea, anxietate; cingulum praecordia stringens quaeruntur aegri; angulos oris semivoluntarie saepe retrahentes delirant; quandoque lethargo, vel cataphora laborant; pulsus est inaequalis, inordinatus, intermittens, durus; hypochondria intro tracta, respiratio sine motu diaphragmatis; facies jam pallet, jam rubet; calor est urens ad praecordia internus; scripsi sicut observavi in meis aegris: Vide *Hippocratem*, T. II. p. 101. IX.

G. VII. PLEURITIS. 305

Est phlegmasia cum pyrexia acuta, dysp-

noea, dolore pectoris plerumque puncto-
rio, et tussi molesta dolorem augente, sine
gravitate in medio pectore; sedes morbi
in 300 pleuriticis denatis a *P. Servio Ro-*
mano in pleura pulmonali inventa est;
invenit, nimirum, pleuram pulmonis super-
ficiem investientem, cum superficialibus
et extremis vasis pulmonis, inflammata.

306 G. VIII. GASTRITIS.

Est phlegmasia stipata dolore epigastrii, ar-
dore, tensione, siti, nausea, vomitione, sin-
gultu, et pyrexia acutissima.

307 G. IX. ENTERITIS.

Est phlegmasia acuta, cujus symptomata sunt
tensio tumida et valde dolorifica, tactum
non tolerans, partium abdominis intestinis
respondentium, cum pyrexia, meteorismo,
quandoque et ileo, vel dysenteria.

308 G. X. EPIPLOITIS.

Bis observavi hanc phlegmasiam, semel in
viro rustico 30 annorum, et semel in qua-
dragenaria muliere, cum sequente charac-
tere: Febris erat mitis amphimerina, vi-
rium non adeo magna prostratio (rusticus
venerat ipse 4ta die morbi pro consilio

ad me) lingua alba tumidula, sanguis missus coriaceus, obstipatio non pertinax, dolor obtusus infra peritonaeum ad attactum paululum acutus, tumor omenti, respiratio suspiriosa, pulsus durus naturali celeritate et frequentia non multum major, sitis mediocris, urinae flavae, appetitus aliquis, aliquis et somnus.

G. XI. CYSTITIS.

309

Est phlegmasia, cujus praecipua symptomata sunt intumescencia ovalis in pelvi, cum tensione, dolore tactum non tolerante, dysuria, vel ischuria et pyrexia amphimerina; adsunt insuper vigiliae, sitis, subin delirium, extremorum frigus, tenesmus, vel obstipatio; pulsus observavi tensum, subdum, naturali frequentia et celeritate non multum majorem; in sanguine misso crustam tenuem albam, subgelatinosam, clysmatum difficilem injectionem: Scribo sicut observavi.

O. III. P H L E G M A S I A E
P A R E N C H Y M A T O S A E.

G. XII. CEPHALITIS.

310

Est phlegmasia, in qua mentis stupor, som-

nolentia, sopor cataphoricus, carphologia adfunt, cum pyrexia acuta typhode; pulsus successive mollescit, cum frequentia sine celeritate; aegri sunt admodum debiles; lingua plerumque mollis, sudor quasi perpetuus; caput saepe manibus impetunt, fricant etiam deliri. Ter observavi jam hunc morbum, et post mortem in cujuslibet aegri cadavere suppurationem cerebri inveni; respirabant hi aegroti cum sonitu sine stertore.

311 G. XIII. PERIPNEUMONIA.

Pyrexia acuta, dyspnoea gravis, sensus oppressionis gravativae sub sternum, calor et anxietas in pectore, tussis cruenta, facies rubra, lingua rubra tumidula; pulsus in incremento magnus, sub inspiratione remittens, vel penitus intermittens, ad finem morbi mollis.

312 G. XIV. HEPATITIS.

Est phlegmasia acuta, cujus symptomata sunt tensio dolorifica hypochondrii dextri sub costis spuriiis, cum sensu ardoris ac gravitatis, dyspnoea, tussi sicca, faciei colore fla-

vescente, siti, anorexia, saepius et singultu, vomitione et tumore hepatis; pulsus est subdurus, tensus; urinae ictentiae, biliosae; serum sanguinis missi et crusta subflava; febris quasi semper remittens.

G. XV. SPLENITIS.

313

Cognoscitur haec phlegmasia febre remittente, saepius tetartophya, tumore, duritie in regione lienis, dolore tactum fugiente pulsatili, calore, dyspnoea, pulsu in inspiratione intermittente in carpo sinistro magis, et absentia symptomatum nephriticorum; frigent hi aegri artubus; calor internus non est adeo magnus; sanguis missus est crusta inflammatoria tectus; cibi adest fastidium, decubitus in latus sinistrum difficilis, sitis et anxietas: Semel observavi hunc morbum sicut illum hic descripsi.

G. XVI. NEPHRITIS.

314

Est phlegmasia pyrexia acuta, dolore renum inflammatorio, urinae ardore, mictione frequenti stipata; dolor sequitur ureteres, testis retrahitur, rotatur, crus stupet, ple-

rumque adest vomitio, sine augmento doloris aeger potest corpus ad anteriora flexum erigere.

315 G. XVII. METRITIS.

Hanc phlegmasiam adesse noscimus tumore, ardore, dolore, gravitate in regione uteri, et pyrexia acuta; digitum in vaginam immissi os uteri tactum non fert, idem valde calet; adest dolor ad inguina, femora, diaphragma, qui ad claviculas extenditur, cum dyspnoea, nausea, vomitione, singultu, obstipatione, ischuria, vel dysuria, horrore perpetuo, frigore extremorum, delirio, jactatione, spasmodis, dolore oculorum; pulsus varius, animi deliquia, sopor, tetanus, catalepsis observantur, cum febre plerumque remittente.

C L A S S I S XII.

F E B R E S.

CHAR. CLASSIS. Pulsus frequens, celer, fortis ; respiratio celeritate, magnitudine, frequentia aucta, viribus artuum minutis ; vel virium vitalium augmentum, aut saltem in statu sanitatis perseveratio, viribus artuum notabiliter minutis.

O. I. FEBRES CONTINUÆ.

Pyrexia semel crescit, et semel decrescit, in decursu aegritudinis.

G. I. JUDICATORIA.

316

Ingruit tota febris subito cum frigore, calore, capitis dolore, &c. pulsu aliquo critico, aut evacuationibus criticis, vires artuum parum sunt minutae, vires contra vitales multum auctae, criticae; absolvitur 4 diebus.

G. II. HUMORARIA.

317

Cognoscitur haec febris pulsu irritationis, incremento successivo usque IV. V. VII. vel IX diem, duratione morbi usque VII. IX.

338 SYSTEMA MORBORUM

XI. vel XIV. diem, notabili debilitate artuum, vehementibus symptomatibus, et humorum augmento, aut vitio, unde notfcitur.

318 G. III. FRIGERARIA.

Est febris continuæ genus, quæ decurrit ad XVII. XXI. vel XXX. diem, incrementum habet longius præcedente; ingruit cum pulsu irritationis; pulsu et respiratione auctis, viribus artuum multum minutis; notabili frigore sæpe et rigore, unde *Frigeraria*; lingua est sordida, excreta omnia foetida, a statu naturali multum distantia; hæc est febris proprie *putrida*.

319 G. IV. TYPHUS.

Est febris continuæ genus, quæ plerumque ultra tres septimanas durat, cum calore jam magno, jam nullo, urina et pulsu sanorum similibus, artuum summa debilitate; pulsus quandoque rarior est quam pulsus sanus, color cutis pallidus, squalidus, exanthemata varia huic morbo superveniunt epigenomena.

G. V. HECTICA.

320

Est febris continua, quae chronicorum morborum more sensim extendi suevit per plures septimanas, imo menses, sine notabili virium prostratione, cum exigua pulsus frequentia ; urina saepius est turbida, pelliculam innatantem pinguem gerit ; pulsus est subdurus, post pastum frequentior, calor ad attactum est mordens ; sudores nocturni ; febris haec, nullam habens exacerbationem notabilem, differt ab omni amphimerina, phthisi, et tabe, quia suppurationem pro causa non habet ; aegri sunt plerumque orthostadii.

O. II. FEBRES REMITTENTES.

Sunt febres continuae cum exacerbationibus quotidianis, tertianis, quartanis, &c

G. VI. AMPHIMERINA.

321

Est febris continua, cum exacerbationibus quotidianis sibi similibus.

G. VII. TRITÆOPHYA.

322

Est febris continua, cum exacerbationibus tertianis,

323 G. VIII. TETARTOPHYA.

Est febris continua, cum exacerbationibus quartanis, seu quartanae typum fervantibus.

O. III. FEBRES INTERMITTENTES

Pyrexia in decursu aegritudinis pluries penitus deferit aegrum, et redit cum intervallis mediis lucidis servata periodo.

324 G. IX. QUOTIDIANA.

Febris intermittens, cujus paroxysmi similes redeunt nycthemeris singulis.

325 G. X. TERTIANA.

Est febris intermittens, cujus paroxysmi alternis diebus sibi similes repetunt, seu circuitum servant; urinae lateritiae sunt optimum signum febrium intermittantium.

326 G. XI. QUARTANA.

Est febris intermittens, cujus paroxysmi sibi similes quarta quavis die abeunt, et revertuntur; inter quoslibet duos paroxysmos intercedunt duae dies apyretae.

G. XII. ERRATICA.

327

Haec febris distinguitur ab aliis generibus per accessus similes pluribus diebus ab invicem distantes quam duobus, nec proinde ad priora genera referri potest.

U u

CLASSIS XIII. VESANIÆ.

CHAR. CLASSIS. Morbus mentis, seu error in imaginatione, appetitu, iudicio, vel memoria.

ORDO I. HALLUCINATIONES.

Imaginationes deceptivæ ex errore organi, vel mentis natae.

328 G. I. VERTIGO.

Est hallucinatio, qua objecta, licet quiescentia, e loco moveri, nutare, vel in gyrum versari, nobis videntur, ipseque aeger quandoque sibi nutare videtur; dicta phaenomena etiam clausis oculis plerique patiuntur.

329 G. II. SUFFUSIO.

Est genus morbi imaginarii, cujus praecipuum symptoma est hallucinatio visus cir-

ca objecta videntis corpora, quorum prototypus extra oculos non existit; suffusio repraesentat corpora quae non sunt, et vertigo motum corporum, quo actu non aguntur.

G. III. DIPLOPIA. 330

Est hallucinatio, qua affecti idem objectum geminatum, aut multiplicatum, videntur sibi videre.

G. IV. SYRIGMUS. 331

Est error imaginationis sonos, qui extra aurem non sunt, sibi repraesentantis, a commotione vibratoria organorum acoustico-rum per principia in aure latentia natos.

G. V. HYPOCHONDRIASIS. 332

Est delirium circa propriam valetudinem, natum ex philautia, salvo ratiocinio de reliquis, delirant et desperant de sua valetudine recuperanda ob ructus, borborygmus, palpitationes, tremorem praecordiorum, fugaces vertigines, flatulentiam, &c. Hinc hi persuasi fatum lethale sibi imminere, omnia symptomata et minimas mutationes

344 SYSTEMA MORBORUM

in corpore suo scrupulose observant, narrant, et describunt medicis, suisque querulis, alios mox et alios defatigant, ingenio caeterum et appetitu pollentes.

333 G. VI. SOMNAMBULISMUS.

Est dormientium hallucinatio, somniantes, nempe, ob imaginationem vividissimam, sopitis somno sensibus, motus musculares exercent, surgunt e lecto, variis periculis sese exponunt, tecta scandunt, iter suscipiunt.

O. II. MOROSITATES.

Cupiditates, vel averfationes depravatae.

334 G. VII. P I C A.

Est alimentorum inassuetorum, vel rerum indigestibilium, appetitus, cum assuetorum averfatione.

335 G. VIII. B U L I M I A.

Est appetitus majoris alimentorum digestibilium et solitorum copiae, quam quae a viribus ventriculi digeri potest.

G. IX. POLYDIPSIA. 336

Est potulentorum appetitus immodicus.

G. X. ANTIPATHIA. 337

Est averfatio quorundam objectorum tanta, quod homo ex eorum visu, odoratu, auditu, &c. gravia symptomata patiatur.

G. XI. NOSTALGIA. 338

Est desiderium videndi parentes, cognatos, solumque natale adeundi adeo ardens, ut hac sola anhelatione occupati penitus langucant; horumque animae commercium cum corpore ferme sublatum sit; unde languent omnes sensus, et appetitus alii; hectica febris hos miseros consumit, et ad lethum ducit, si adeundi patriam cognatos copia denegetur; olim in Croatia Crisii laboravi hoc malo cum apositia, et obstipatione, intumueram ex anasarca pervigil et debilis; redux ad patriam sine omni pharmaco convalui; desideramus varia ardentissime,

G. XII. PANOPHOBIA. 339

Est summus pavor inter dormiendum sine causa evidenti ortus; clamant hi, gemunt,

346 SYSTEMA MORBORUM

tremunt, sudant ; hoc genus non multum differt ab ephialte.

340 G. XIII. SATYRIASIS.

Est morbus proprius viris, cujus praecipuum symptoma est effraenis impudensque veneris cupiditas, cum libidinosa penis tentione ; priapismus caret cupiditate libidinosa.

341 G. XIV. NYMPHOMANIA.

Hujus generis character est effraene, audax, et impudens in foeminis veneris desiderium.

342 G. XV. TARANTISMUS.

Hic morbus scribitur in Apulia esse endemius, cujus praecipuum symptoma est inexplicabilis saltandi, choreas agendi cupiditas ; a tarantulae morfu excitari hunc morbum judicat Baglivius, quod Ill. Serao et experimenta Romana inficiantur.

343 G. XVI. HYDROPHOBIA.

Est morbus, cujus praecipuum symptoma est incredibilis potulentorum omnium aver-

tio, impossibilis deglutitio ; vitant insuper lucem et aëris motum.

G. XVII. R A B I E S.

344

Est morbus in lupis et canibus observatus, cujus praecipuum symptomata est effraenis cupiditas mordendi obvios omnes, licet innocuos, sine hydrophobia ; constat enim repetita apud Gallo-Provinciales experientia canes luposque rabidos bibisse, manducasse, et flumen transisse ; hic nihilominus morbus saepius est symptomata hydrophobiae : Vide dissertationem Ill. de *Sauvages* de Rabie. Rabies porro datur *canina*, *maniaca*, et *daemonomaniaca* : Vide *Hydrophobiam*.

O. III. D E L I R I A.

Delirium est ortus idearum non respondens objectis in sensus incidentibus, sed internae cerebri dispositioni a qua nascuntur ideae delirantium.

G. XVIII. P A R A P H R O S Y N E.

345

Est delirium fugax a veneno, vel alio morbo dependens, cujus comes et symptomata est.

346 G. XIX. AMENTIA.

Est infania chronica, universalis, mitis, seu ineptitudo ad recte ratiocinandum et judicandum, cum sensu et perceptione objectorum, aut sine attentione.

347 G. XX. MELANCHOLIA.

Est infania chronica partialis, moesta, meditata; delirant melancholici sine furore, et sine febre, de uno potissimum objecto constanter, delirant circa semetipsos, aut suum flatum, de reliquis objectis adhuc sat bene ratiocinantes; mihi videtur causa hujus morbi latere in abdomine, ganglia semilunaria afficere, et plexus nervorum abdominales.

348 G. XXI. DÆMONOMANIA.

Est delirium sine febre reipsa tale, vel tantum simulatum, quo magi, sagae, praestigiatorese tanquam a daemone obsessos ostendant, varia phaenomena leges naturales excedentia praestare, exhibere volunt.

349 G. XXII. MANIA.

Est delirium apyretum circa quaevis objecta, cum furore, audacia, ac robore; maniaci

habent plerique lucida intervalla ; subin est mania periodica ; unde Lunatici ; sanguis maniacorum viscidus, feroque carens, fibrae musculares rigidae.

O. IV. VESANIAE ANOMALAE.

Morbi prioribus affines.

G. XXIII. AMNESIA.

349

Est memoriae imminutio aut plenaria abolitio.

G. XXIV. AGRYPNIA.

350

Pervigilium immodicum vel continuum, ex quo vires imminuuntur; anxietas, inquietudo, anorexia, cephalalgia, aliaque molesta sympomata, oriuntur.





THE LIBRARY
OF THE
ESSEX INSTITUTE



PRESENTED BY

Received _____

